pserrunt: ut creaturæ quidem, quod a seipsis absque auctore substantiam non capiant, sed principium creationis suæ ex Deo habeant, sic ex Deo esse perhibeantur: Filius autem solus æternus, ex substantia Patris esse dicitur. Hoc etenim peculiare et proprium unigeniti et veri Verbi Patris. Ac descriptionis quidem ejus quæ est, ex substantia Patris, occasio et causa hæc fuit. Episcopis porro rursus paucos, ut tum videbantur, illos interrogantibus, an Filium dicerent non creaturam, sed virtutem sapientiamque solam Patris, **575** atque imaginem sempiternam, non variantem, et similem per omnia Patri et Deo vero, deprehensi sunt Eusebiani sibi invicem innuere atque dicere, hæc in nos quoque cadere, quod et nos imago et gloria Dei dicamur. Ac de nobis illud dictum esse, Semper enim nos et qui vivimus; et, Virtutes multe sunt: et, Exiit omnis virtus Dei ex Ægypto; et, Erucam atque locustam dici virtutem magnam; et, Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob. Sed et peculiare nos Dei esse, non simpliciter dici, verum fratres etiam vocari. Quod si verum quoque Deum Filium dicant, nihil nos id perturbat: cum enim factus sit, verus est. Hæc sane est Ariarum perversa sententia. Quapropter episcopi etiam, dolo eo perspecto, ex Scripturis collegerunt, resplendentiam, fontem, fluvium, expressam imaginem substantiæ: et, *In lumine tuo videbimus lumen*: et, *Ego et Pater unum sumus*, luculentiusque deinceps et compendiosius scripserunt, consubstantialiam Patri. Quæ verba Scripturæ non esse, Eusebius Cæsariensis episcopus novit (1): sed ab eis stulte reprehenduntur. Præter Scripturam enim et ipsi impietatis auctores erant (2). Minime namque Scripturæ verba sunt, Ex non existentibus; et, Fuit aliquando tempus, cum non esset. Itaque illi verbis non ex Scriptura quidem petitis, sed pietatem inventis, convicti sunt et damnati. Ipsi siquidem veluti e stercore erutis vocibus, plane e terra locuti sunt. Episcopi autem non ipsi sibi verba confluentes, sed Patrum de eis testimonium habentes, ea in scripto suo usurparunt. Veteres enim episcopi ante annos prope centum et triginta, et in magna Roma, et in nostra urbe eos reprehenderunt, qui Filium creaturam, et non consubstantialiam Patri esse dixerunt. Id quod cognitum est Eusebio Cæsareæ episcopo, qui prius quidem Arianae fuit sectator hæresis: postea vero ipsi Nicænae subscribens synodo, ad suos litteras dedit, et comprobavit, et priscis quoque doctos quosdam et præclaros episcopos et scriptores in Patris et Filii divinitate nomine τοῦ ὁμοουσίου esse usos. Isti igitur, morbo suo suppresso, quod tanquam episco-

ris non inveniantur, reprehendunt, cum Ariarum præstigiis nec voces, nec sententiæ in eis deum reperiantur.

porum multitudinem metuerent, in ea quæ decreta sunt, pedibus ierunt, propheticam in se reprehensionem pertrahentes. Nam **576** et ad eos hujus universi Deus exclamat: *Populus iste labiis me honorat, corde autem longe abest a me*¹, Theonas porro et Secundus, quod idem facere nollent, ab omnibus, suffragiis consentientibus, sunt excommunicati, ut qui Arii blasphemiam veritati evangelicæ anteferrent. » hæc Athanasius.

CAPUT XXI.

Epistola Eusebii Pamphili ad Ecclesiam suam, acta synodi exponens.

Sedenim quæ etiam Eusebius Pamphili ex ipsa Nicææ ad quosdam Arianos qui prodicionem non injuria ei objecerant, scripserit, audire convenit (1). Ea sane rabiem quoque eorum manifesto arguunt. Rectius autem consilium intentionemque ejus epistola ipsa indicabit, quæ sic habet: « Quæ de ecclesiastica fidei professione in frequenti synodo Nicææ celebrata sint acta, aliunde etiam credibile est vos cognovisse: quod fama plerumque certam accuratamque rerum gestarum commemorationem præcurrere solita sit. Cæterum ne rumoribus hujusmodi rei veritas aliter ad vos quam est acta, perferatur, necessario vobis misimus, primum a nobis propositam de fide scripturam, deinde etiam alteram, quam ad voces nostras accessionibus quibusdam adjectis ediderunt. Scriptum sane nostrum in præsentia Deo dilecti imperatoris nostri recitatum, ac recte probeque conceptum esse judicatum, ad hunc se habet modum: Professio fidei a nobis exposita, sicuti eam a decessoribus nostris episcopis, atque in prima rerum sacrarum institutione, et cum sacrum subiunus lavacrum, accepimus, et sicuti ex divinis didicimus Scripturis, atque simul et in presbyterio et in ipso episcopatu professi sumus et docuimus, ea est talis: Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, rerum omnium visibilium et invisibilium factorum. Et in unum Dominum Jesum Christum, Dei Verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, **577** vitam de vita, Filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ, ante omnia sæcula ex Patre genitum, per quem et omnia facta sunt; qui propter nostram salutem incarnatus, et inter homines versatus, et passus est: et resurrexit tertia die, et ascendit ad Patrem, venturus rursus in gloria ad judicandum vivos et mortuos. Credimus etiam in Spiritum sanctum: horum quemque esse et subsistere credentes, Patrem vere Patrem, et Filium vere Filium, et Spiritum sanctum vere Spiritum sanctum, quemadmodum et Dominus noster discipulos suos ad prædicandi munus mittens, inquit: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris et Filii et Spiritus*

¹ Isa. xxix, 13.

(1) Theodoret. lib. i, cap. 11 et 12.

τοῖς ἐκτεθεῖσι συνέθεντο, τὴν προφητικὴν κατηγορίαν ἐπισπασάμενοι. Βοῶ δὲ καὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ τῶν ὄλων Θεός, Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χεῖλεσσι με τιμᾷ· τῇ δὲ καρδίᾳ πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Θεωνᾶς δὲ καὶ Σεκουῆδος τοῦτο δρᾶσαι μὴ βουληθέντες, παρὰ πάντων συμφωνίως ἀπεκηρύχθησαν, ὡς τὴν Ἀρείου βλασφημίαν τῆς εὐαγγελικῆς προτεθεικότας διδασκαλίας. » Ταῦτα καὶ Ἀθανάσιος.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Ἐπιστολὴ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου πρὸς τὴν κατ' αὐτὸν ἐκκλησίαν, τὰ κατὰ τὴν σύνοδον διεξιούσα.

Οἶα δὲ καὶ ὁ Παμφίλου Εὐσεβίος αὐτόθεν ἐκ Νικαίας πρὸς τινὰς ἔγραψεν Ἀρειανούς, προδοσίαν ὡς εἰκὸς ἐγκαλοῦντας, ἀκούειν χρῶν. Ἐλεγχος δ' ἐναργῆς καὶ τῆς ἐκείνου λύτης ἐστίν. Ἀμεινον δὲ τὴν οἰκεῖον σκοπὸν ἢ ἐπιστολὴ δείξει. Ἐχει δὲ οὕτω· « Τὰ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν εἰκὸς μὲν ὕμᾶς καὶ ἄλλοθεν μεμαθηκέναι, τῆς φήμης προτρέχειν εἰθωσίας τὸν περὶ τῶν πραττομένων ἀκριβοῦς λόγον· ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκ τοιαύτης ἀκοῆς τὸ τῆς ἀληθείας ἐτεροίως ὑμῖν ἀπαγγέλληται, ἀναγκαίως διεπεμφάμεθα ὑμῖν πρῶτον τὴν ὑφ' ἡμῶν προταθεῖσαν παρὰ τῆς πίστεως γραφὴν. Ἐπειτα τὴν δευτέραν, ἣν ταῖς ἡμετέραις φωναῖς προσθήκας ἐπιβαλόντες, ἐκδεδώκασι. Τὸ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν γράμμα, ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλοῦς ἡμῶν βασιλέως ἀναγνωσθὲν εὖ τε ἔχειν καὶ δοκιμῶς ἀποφανθὲν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· Ἡ ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθεῖσα πίστις, καθὼς παρελάβομεν ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ κατηχήσει, καὶ ὅτε τὸ λούτρον ἐλαμβάνομεν, καθὼς ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν μεμαθήκαμεν· καὶ ὡς ἐν αὐτῇ τῇ πρεσβυτερῶ καὶ ἐν αὐτῇ ἐπισκοπῇ ἐπιστευσόμεν τε καὶ ἐδοδάσκομεν. Ἔστι δὲ αὕτη· Πιστεύομεν εἰς ἓνα Θεόν, Πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ἀπάντων ὄρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητὴν· καὶ εἰς ἓνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, ζῶν ἐκ ζωῆς, Υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένον, δι' οὗ καὶ ἐγένετο τὰ πάντα· τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα, καὶ ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον, καὶ παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἤξοντα πάλιν ἐν δόξῃ, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τούτων ἕκαστον εἶναι καὶ ὑπάρχειν πιστεύοντες Πατέρα ἀληθινῶς Πατέρα, καὶ Υἱὸν ἀληθινῶς Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἀληθινῶς Πνεῦμα ἅγιον· καθὰ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἐαυτοῦ μαθητάς, εἶπε· Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Περὶ ὧν καὶ διαβεβαιούμεθα οὕτως

ἔχειν καὶ οὕτως φρονεῖν, καὶ πάλαι οὕτως ἐσχηκέναι, καὶ μέχρι θανάτου ὑπὲρ ταύτης συνίστασθαι τῆς πίστεως, ἀναθεματίζοντες πᾶσαν ἄθεον αἵρεσιν.

Ἐταῦτα ἀπὸ καρδίας καὶ ψυχῆς πεφρονηκέναι, ἐξ ὀπερ ἴσμεν ἑαυτούς, καὶ νῦν φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἐξ ἀληθείας, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος, καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρούμεθα· δεικνύναι ἔχοντες καὶ δι' ἀποδείξεως, καὶ πείθειν ὑμᾶς, ὅτι καὶ τοὺς παρεληλυθότας χρόνους οὕτως ἐπιστεύομεν τε καὶ ἐκηρύσσομεν. Ταύτης ὄφ' ἡμῶν ἐκπεθείσης τῆς πίστεως, οὐδεὶς παρὴν ἀντιλογίας τύπος. Ἄλλ' αὐτὸς τε πρῶτος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς, ὁρθότατα περιέχειν αὐτὴν ἐμαρτύρησεν. Οὕτω τε καὶ αὐτὸν φρονεῖν συνωμολόγησε, καὶ ταύτη B τὴν πάντας συγκατατιθέναι· ὑπογράψαι τε τοῖς ὁμοφύμοις καὶ συμφωνεῖν τούτους αὐτοῖς παρεκελεύσατο. Ἐνδὲ μόνου προσεγγραφέντος ῥήματος τοῦ ὁμοουσίου· δ καὶ αὐτὸ ἠρμήνευσε λέγων, ὅτι μὴ κατὰ σωματίων πάθῃ λέγοιτο ὁμοούσιος, οὔτε κατὰ διαίρεσιν, οὔτε κατὰ ἀποτομὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑποστῆναι. Μῆδὲ γὰρ δύνασθαι τὴν αἰὸν καὶ νοεράν καὶ ἀσώματον φύσιν σωματικόν τι πάθος ὑφίστασθαι· θεοὺς δὲ καὶ ἀπορρήτους λόγους προσήκει τὰ τοιαῦτα νοεῖν. Καὶ ὁ μὲν σοφώτατος καὶ εὐσεβέστατος ἡμῶν βασιλεὺς τὰ τοιαῦτα διεφίλοσόφει· οἱ δὲ προφάσει τῆς τοῦ ὁμοουσίου προσθήκης ἐτέραν ἐκθεσιν πίστεως πεποιθήσαν (ἦν μικρῶ πρόσθεν κατὰ παρεθέμην τῇ ἱστορίᾳ). Ἦ; δὴ καὶ υπαγρυευθείσης, C ὅπως εἴρηται, αὐτοῖς τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον οὐκ ἀνεξέταστον αὐθις κατελιμπάνομεν· ἐρωτήσεις γὰρ καὶ ἀποκρίσεις ἐντεῦθεν ἀνεκινούντο. Ἐδασανίζετο δὲ ὁ λόγος τῆς διανοίας τῶν εἰρημένων. Καὶ δὴ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ὁμολογεῖτο πρὸς αὐτῶν, δηλωτικὸν εἶναι τοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν εἶναι, οὐ μὴν ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ Πατρὸς. Ταύτη καὶ ἡμῖν καλῶς ἔχειν ἐδόκει συγκαταθεσθαι τῇ διανοίᾳ, τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας υπαγορευούσης ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν, οὐ μὴ μέρος αὐτοῦ τῆς οὐσίας συγγάνειν. Διόπερ τῇ διανοίᾳ καὶ αὐτοῖς συνειθέμεθα· οὐδὲ τὴν φωνὴν παραιτούμεθα τοῦ τῆς εἰρήνης σκοποῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν κειμένου· καὶ τοῦ μὴ τῆς ὁρθῆς ἐκπεσεῖν διανοίας. Κατὰ ταυτὰ δὲ καὶ τὸ, Γεννηθέντα, καὶ οὐ ποιηθέντα, κατεδεξάμεθα· ἐπειδὴ τὸ ποιηθὲν κοινὸν εἶναι· ἔφασκον πρόσορμα τῶν λοιπῶν κτισμάτων τῶν διὰ τοῦ Υἱοῦ γενομένων, ὧν οὐδὲν ὁμοίον ἔχειν τὸν Υἱόν. Διὸ δὴ μὴ εἶναι αὐτὸν ποίημα τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις ἐμφερές· κρείττονος δὲ ἢ κατὰ πᾶν

¹ Matth. xxviii, 20.

(1) Ambrosius *De fide, contra Arianos* : « Quomodo dicis, Ariane, in Scripturis divinis non inveniri ὁμοούσιον? Quasi ὁμοούσιον aliud sit quam quod dicit Dominus : « Ego et Pater unum sumus; Ego de Patre exivi, et veni in mundum : Ego in Patre, et Pater in me : Qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo. » Hæc est tamen nominis ratio, ut in Patre et in Filio unitatem substantiæ credas : licet rem

A sancti ¹. Quæ sic se habere, et nos sic sentire, sic etiam olim obtinuisse, nosque adeo de tali fidei professione usque ad mortem decertaturos esse, etiam atque etiam confirmamus, anathemate ferientes omnem impiam Deoque carentem heresim.

Hæc nos sic ex corde et animo, jam inde ab eo tempore quo nos ipsos novimus, sensisse, atque etiam nunc sentire et profiteri vere, omnipotentem Deum et Dominum nostrum Jesum Christum testamur. Declarare quoque certa et fidei probatione, et persuadere vobis possumus, prioribus etiam temporibus nos sic et credidisse, et prædicasse. Hac a nobis exposita fidei professione, nullus erat contradicendi locus. Et ipse Dei amantissimus imperator, noster princeps, cum rectissime eam conceptam esse testatus, tum ita seipsum sentire professus est : atque ut omnes ei assentirentur, subscriberent, et voce una suffragarentur, admonuit : uno duntaxat adjecto τοῦ ὁμοουσίου verbo, quod verbum etiam interpretatus es dicens, non juxta corporum perpeffiones ὁμοούσιον dici, neque juxta divisionem, neque juxta resectionem ex Patre subsistere, quod materiæ prorsus expers intellectualis et incorporea natura corporalem quampiam perpeffionem sustinere nequeat : divina vero et ineffabili ratione debere talia in animo considerari. Atque sapientissimus quidem et piissimus noster imperator ad hunc modum est philosophatus. 578 Illi vero per occasionem et prætextum adjectionis τοῦ ὁμοουσίου (1), aliam fidei professionem composuerunt (quam paulo antea (2) historiæ adjecti). Ea porro recitata, quomodo ab eis, et ex substantia Patris, et consubstantialis Patri, esset dictum, minime indiscussum atque inexploratum reliquimus. Interrogationes namque et responsiones interpositæ, ratioque et sententia dictorum inquisita. Atque equidem illud, ex substantia, illi professi sunt significare, ex Patre quidem esse, sed non ut partem existere Patris. Cui sententiæ, cum recta esse videretur, assensimus : pia quippe doctrina dictante ex Patre esse Filium, non partem substantiæ ejus esse. Quapropter cum sententiam eam approbavimus, tum vocem quoque ipsam non repudiavimus, quod pacis scopum nobis ob oculos positum haberemus : et præterea, ne a recta sententia excideremus. Eadem ratione et, Genitum, non factum, admisimus ; quandoquidem verbum factum, communem appellationem esse dixerunt reliquarum creaturarum, quæ per Filium sunt conditæ. Earum quippe nihil habere simile

ipsam, quæ est inenarrabilis, definire non possis. Ut, sive lumen de lumine dicas, sive Verbum de Verbo, sive Spiritum de Spiritu, sive Dominum de Domino, quodcumque de eo dixeris, unius tamen essentiæ Patrem et Filium credas : ὁμοούσιον enim Græci dicunt quod nos cum uno aliud ipsum. » Cap. 5.

(2) Cap. 17 eod.

Filium : proptereaque non esse eum facturam, eis quæ per ipsum factæ sunt similem : præstantiorem autem quam creaturam omnem obtinere substantiam, quam ex Patre genitam esse divina docent oracula : cum quidem modus ipse generationis omni genitæ naturæ ineffabilis sit, et inconsiderabilis. Similiter vero ratio probe disquisita, consubstantialiam Patris esse Filium astruit, non quidem corporum more, neque ad animantium morti obnoxiorum instar : neque etiam juxta divisionem substantiæ, neque juxta resectionem : sed neque juxta perpressionem quampiam, aut versionem, aut mutationem Patris virtutis ; quod aliena prorsus ab his omnibus sit ingenta Patris natura : sed quod consubstantialis Patri dicatur, illud significat atque infert, nullam omnino similitudinem ad creaturas conditas Filium Dei ferre, sed qui eum genuit, Patri tantum modis omnibus esse similem, et non esse ex alia quampiam subsistentia vel substantia quam Patris. Cui verbo, eo pacto per interpretationem exposito, recte nobis visum est assentiri, præcipue cum sciremus, ex veteribus eruditos quosdam et spectatos episcopos et scriptores (1), **579** in exponenda Patris et Filii divinitatis ratione τοῦ ὁμοουσίου nomine usos esse. Hæc de professione fidei publicitus edita sunt dicta. Cui universi assensimus, et quidem non citra disquisitionem, sed juxta sententias in præsentia Deo dilecti imperatoris investigatas, nobisque expositas, et rationibus quas diximus ex professo consentaneas. Porro anathema quod professioni fidei ab eis est adjectum, comprobandum esse diximus, ut homines vocibus quæ in Scripturis non inveniuntur, uti prohiberentur, quæ fere causam omnem confusioni et seditioni Ecclesiæ præbuerunt. Nullius sane divinitus inspiratæ, et quæ rite ordineque dictis utitur Scripturæ, sunt illa, ex non existentibus : et, Fuit aliquando tempus cum non esset. Quare rationi minus consentaneum visum est, ea et dicere et docere : quo facilius calculo etiam nostro rite decretum anathema comprobavimus, quando quidem neque antea actis temporibus ejuscemodi verbis uti soliti sumus. Quin et illud, Eum antequam gigneretur non fuisse, anathemate jugulare non absurdum putavimus, propterea quod omnes profiteantur, eum esse Filium Dei, etiam ante nativitatem secundum carnem. Jam vero et Dei amantissimus imperator professioni inseri curavit, Juxta divinam illius nativitatem, ante omnia illum existere sæcula. Cum etiam priusquam actu gigneretur, potentia fuerit in Patre ingento, Patre semper existente Patre, sicuti quoque rege semper et Salvatore : potentia omnia existente, semperque secundum eadem et similiter se habente. Hæc vobis, charissimi, necessario perscribenda putavimus, ut quæ disquisitionem et rarem, et pulchre primum quidem ad ultimam

A ποίημα τυγχάνειν οὐσίας, ἢ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγενῆσθαι τὰ θεῖα διδάσκει λόγια, τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως καὶ ἀνεκφράστου καὶ ἀνεπιλογίστου πάσῃ γεννητῇ φύσει τυγχάνοντος. Οὕτω δὲ καὶ τὸ ὁμοούσιον εἶναι τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἐξεταζόμενος ὁ λόγος συνίστησιν, οὐ κατὰ τὸν τῶν σωμάτων τρόπον, οὐδὲ τοῖς θνητοῖς ζώοις παραπλησίως· οὔτε γὰρ κατὰ διαίρεσιν τῆς οὐσίας, οὔτε κατὰ ἀποτομήν, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τι πάθος, τροπήν, ἢ ἀλλοίωσιν τῆς τοῦ Πατρὸς δυνάμεως. Τούτων γὰρ ἀπάντων ἀλλότριον εἶναι τὴν ἀγέννητον Πατρὸς φύσιν· πικραστατικὸν δὲ εἶναι τὸ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τοῦ μηδεμίαν ἐμφέρειαν πρὸς τὰ γεννητὰ κτίσματα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ φέρειν· μόνον δὲ τῷ Πατρὶ τῷ γεγεννηκότῃ κατὰ πάντα τρόπον ἀφομοιοῦσθαι, καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἐτέρας τινὸς ὑποστάσεως καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς· ὃ καὶ αὐτῷ τοῦτον ἐρμηνευθέντι τὸν τρόπον, καλῶς ἔχειν ἐφάνη συγκατατίθεσθαι· ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς λογίους ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφεῖς ἔγνωμεν, ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου συγχρησαμένους ὀνόματι. Ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἐκτεθείσης εἰρησῶν πίστεως· ἢ συνεφωνήσαμεν ἅπαντες οὐκ ἀνεξετάτως, ἀλλὰ κατὰ τὰ ἀποδοθείσα· διανοίας, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως ἐξετασθείσας, καὶ τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς συνομολογηθείσας. Καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν δὲ τὸν μετὰ τὴν πίστιν πρὸς αὐτῶν τεθέντα δεκτὸν εἶναι ἡγησάμεθα, διὰ τὸ ἀπειργεῖν ἀγράφοις χρῆσασθαι φωναί·· δι' ἃς σχεδὸν πάντα ἐγεγόνει σύγχυσις καὶ ἀκαταστασία τῆς Ἐκκλησίας. Μηδεμίαν γοῦν θεοπνεύστου Γραφῆς τὸ, Ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ, Ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ τοῖς ἐξῆς· ἐπιλεγόμενοις κερημένῃς, οὐκ εὐλογον ἐφάνη ταῦτα καὶ λέγειν καὶ διδάσκειν· καὶ αὐτῷ καλῶς ὄξεντι συνεθέμεθα· ἐπεὶ μηδὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου χρόνῳ τούτοις εἰώθειμεν συγχρῆσθαι τοῖς ῥήμασι. Ἔτι μὴ τὸ ἀναθεματίζεσθαι, τὸ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι οὐκ ἦν, οὐκ ἄστοπον ἐνομήσθη, τὸ παρὰ πάντας μὲν ὁμολογεῖσθαι εἶναι αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως. Ἡδὴ δὲ ὁ θεοφιλῆς ἡμῶν βασιλεὺς τῷ λόγῳ κατεσκευάσθη κατὰ τὴν ἐνθεον αὐτοῦ γέννησιν τὸ πρὸ πάντων αἰώνων εἶναι αὐτὸν· ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργεῖν γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ Πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ Πατρὸς αἰὲ Πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως αἰὲ καὶ Σωτῆρος, καὶ δυνάμει πάντα ὄντος, αἰὲ τε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος. Ταῦτα ὑμῖν ἀναγκάτως διεπεψάμεθα, ἀγαπητοί, τὰ κερημένα τῆς ἡμετέρας ἐξετάσεώς τε καὶ συγκαταθέσεως, φανερὰ καθιστάντες· ὡς εὐλόγως ποτὲ μὲν καὶ μέχρις ὀσάτης ὥρας ἱστάμεθα, ὅθεν ἡμῖν τὰ ἐπερωτῶν γραφέντα προσέκοπτε· τότε δὲ ἀφιλωνεῖως τὰ μὴ λυπούντα καταδεξάμεθα, ὅθ' ἡμῖν εὐγνωμόνως τῶν λόγων ἐξετάζουσι τὴν διάνοιαν, ἐμφανῆ σύμπραξιν ἔχειν ἔδοξε τοῖς ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ προεκτεθείσῃ πίστει ὡμολογημένοις.

D assensionem nostram subsecuta sint decreta declarasse nos intelligeretis, cum nos

(1) In his est Justinus Martyr.

ab aliis aliter scripta offenderent: deinde vero contentionis studio abjecto, ea quæ nos nihil perturbarent complexos esse, cum nobis benigne verborum sententiam inquiringibus, manifestum habere consensum viderentur cum eis quæ in fide a nobis prius proposita professi fueramus. »

Ὡς μὲν οὖν οὐ πρόσφατος ἡ τοῦ ὁμοουσίου λέξις ἂν ὑπὸ τῶν τηνικᾶδε συναθροισθέντων φανεῖται, ἀλλ' ἐκ πολλῶν ἤδη τῶν χρόνων σοφοῖς τισι Πατράσιν ἐξευρημένη, ἀριδῆλως ἐστήμανεν ὁ Εὐσέβιος. Καὶ ὅτι κοινῇ συμφωνίᾳ πάντες τῷ ὁμοουσίῳ συνεψηφίσαντο, ὡς αὐτὸς μικρὸν ἄνωθεν παρεθέμην· ἃ καὶ Εὐσέβιος ἐν τῷ Εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου σαφῶς παριστά.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Ὡς καὶ οἱ τελευτήσαντες δύο Πατέρες τὸν ὄρον τῆς συνόδου ὑπέγραψαν, Χρυσάνθος καὶ Μουσώνιος.

Ὁ δὲ γέγονε παράδοξον ἐν τῇ τοῦ ἁγίου συμβόλου ὑπογραφῇ, οὐκ ἀκαιρον γένοιτο διαλεθῆναι. Ἐν τῷ μεταξύ τοῦ χρόνου τῆς συνοδικῆς τελειώσεως δύο τινὰς τῶν ἐπισκόπων συνέβη τὸν βίον ἀπολιπεῖν, μήπω τῷ τόμῳ τὰς ὑπογραφὰς ἐνθεμένους. Ὁ δὲ λοιπὸς τῶν Πατέρων ὁμιλος, ἐπὶ τῷ κοινῷ τῆς κοιμηθῆσεως χωρίῳ γενόμενοι, ὡσπερ δὴ ζῶσι καὶ ἀκρωμῆθους περιστάνας τὸ μνημα, τὸν τόμον ἐπὶ χεῖρας φέροντες, Τὴν καλὸν ἀγῶνα, εἶπον, θεῖοι Πατέρες, σὺν ἡμῖν ἠγωνίσασθε· τὸν δρόμον ἐτελέσατε· τὴν πίστιν ἐτηρήσατε. Εἰ τοίνυν δεῖν εἶναι λογίζεσθε τὸ πρῶτον παρ' ἡμῖν, ὅτι γε καὶ νῦν καθαρώτερον ἐποπτεύετε, ἀμέσῳ τῇ ἀγλῇ τῆς Τριάδος καταστραπτόμενοι, σὺν ἡμῖν τὸν τόμον ὑποσημαίνειν χρεῶν. Ταῦτ' ἔλεγον, καὶ τῇ σαρφῇ τὸν τόμον ἐσφραγισμένον παραθέμενοι, ἐν ἀγρύπνῳ διετέλουν νυκτὶ. Εἶθ' ἔβηξ προσιόντες τῶν σφραγίδων ἐπικειμένων, ἀνεβίξαντες τὸν τόμον εὖρον καὶ τὰς ἐκεῖνων ὑπογραφὰς ἐνταγείσας ταῖς λοιπαῖς, νεαρὰς ἔτι, ταῦτα διαγορευούσας· Χρυσάνθος καὶ Μουσώνιος οἱ μετὰ τῶν Πατέρων πάντων ὁμοφωνήσαντες ἐν τῇ ἁγίᾳ πρώτῃ καὶ οἰκουμένην συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ, εἰ καὶ τῷ σώματι μετέστημεν, ἀλλ' οὖν οἰκείᾳ χεὶρὶ τὸν τόμον καὶ ἡμεῖς ὑπεγράψαμεν.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Ὅποια καὶ ἡ ἁγία σύνοδος τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἔγραψεν Ἐκκλησίᾳ περὶ ὧν διεπράξατο.

Ἡ δὲ σύνοδος τὰ πεπραγμένα τῇ τε Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ Αἰγύπτῳ, Λιβύῃ τε καὶ Πενταπόλει τάδε ἀπέστειλε γράψασα· Ἐτῇ ἁγίᾳ Θεοῦ χάριτι μεγάλην Ἀλεξανδρείᾳ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν Νικαίᾳ συναχθέντες, καὶ τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν συγκροτήσαντες σύνοδον, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἐπειδὴ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συγκροτήσαντος, ἐξέπαντος ἀναγκαῖον ἐφάνη παρὰ τῆς ἱερᾶς συνόδου καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐπισταλθῆναι γράμματα, ἵν' εἰδέναι ἔχοιτε, τίνα μὲν ἐκινήθη καὶ ἐξητάσθη, τίνα δὲ ἔδοξε καὶ ἐκρατύνθη· πρῶτον μὲν οὖν ἐξ ἀπάντων ἐξητάσθη τὰ κατὰ τὴν

Verum enimvero consubstantialis vocem non novam, aut ab episcopis Nicææ tum congregatis primum proditam, sed a multis antea annis a sapientibus inventam usurpatamque Patribus esse, aperte ostendit Eusebius. 580 Tum autem τὸ ὁμοουσίου communi consensu concordique calculo ab omnibus comprobatum, paulo ante ipse exposuit, id quod Eusebius quoque in libro De vita Constantini luculenter astruit.

CAPUT XXIII.

Ut duo etiam mortui episcopi et Patres decretis synodi subscripserint, Chrysanthus et Musonius.

Cæterum quod in subscriptione sancti Symboli insigne accidit miraculum, id non intempestivum fuerit commemorare. Priusquam acta synodi perficerentur, evenit ut duo episcopi e vita ante discesserint quam professionis fidei scripto annotationem subscriptionemque suam apposuissent. A reliqua Patrum turba ad communem sepulturæ et dormitionis locum venerunt, et monumento illorum assistentes, scriptumque in manibus habentes, tanquam ad viventes et audientes: Bonum certamen, dixerunt, divi Patres, nobiscum decertastis, cursum peregistis, fidem servastis. Si igitur obtinere debere id censetis quod a nobis est actum, quoniam nunc, nullo interposito obstaculo, Trinitatis splendore illustrati, clarius id perspiciatis, peropus est vos nobiscum libello subscribere. Hæc illi dixere, et libellum obsignatum ad tumulum deposuere, noctemque totam insomnem egere. Postridie vero ad locum cum rediere, signa inviolata invenere, et libello explicato subscriptiones illorum reliquis insertas cognovere, recentes adhuc in hæc verba conceptas: Chrysanthus et Musonius, qui cum Patribus omnibus in sancta prima et oecumenica Nicæna synodo consensimus, quamvis corpore translati, manu tamen propria nos quoque libello subscripsimus.

581 CAPUT XXIV.

Quæ ipsa sancta synodus Alexandrinæ scripserit Ecclesiæ de rebus in synodo gestis.

Synodus autem acta sua Alexandriæ, Ægypto, Libyæ et Pentapoli, litteris ad hunc modum perscripsit: Sanctæ et magnæ Dei gratia Alexandrinorum Ecclesiæ, et qui in Ægypto, Libya et Pentapoli sunt, dilectis fratribus, qui Nicææ congregati, magnam et sanctam celebrarunt synodum, in Domino salutem. Quandoquidem divina gratia et Deo dilectissimo imperatore Constantino congregante, omnino necessarium visum est, sacram synodum ad vos dare litteras, ut intelligere possitis, cum quæ ibi in quæstionem et disquisitionem venerunt, tum quæ decreta sancta que sunt. Itaque scitote, primum omnium inquisitum esse in impieta-

tem et prævaricationem Arii sectatorumque ejus, et in præsentia Dei amatissimi imperatoris Constantini, consentientibus omnium sententiis, placitum ut anathemata impia ejus opinio et voces atque verba blasphemia condemnarentur, quibus ille Filium Dei blasphemans usus est, ex non existentibus illum esse dicens, et fuisse aliquando tempus cum non fuerit, et arbitrii libertate vitii virtutisque capacem esse Filium Dei creaturam eumdem et facturam nominans. Quæ omnia sancta synodus anathemati subjecit, ne audire quidem impiam opinionem, mentis recordiam blasphemæque ejus verba sustinens. Atque equidem res ejus quem consecutæ sint exitum, aut jam audivistis, aut certe audietis, ne insultare nos homini videamur qui peccati sui condigna tulit præmia. Tantopere autem invaluit ejus impietas, ut simul cum eo pessum ierint Theonas Marmariæ, et Secundus Ptolemaidis, episcopi: nam et hi factionis ejus sunt. Sed enim cum per gratiam Dei perversa illa opinione, impietate et blasphemia, nec non hominibus eis qui seditionem atque discessionem ausi sunt concitare in populo antea pacato, Ægyptus sit liberata, et temeritas Melitii atque eorum qui ab eo sunt in sacrum ordinem cooptati, adhuc reliqua fuerit, quæ etiam super hæc re synodus decreverit, vobis, fratres dilecti, significamus. Constituit namque ut Melitius (in quem illa quidem humanius affecta fuit: **582** summo enim jure nullam prorsus merebatur veniam) in civitate sua maneat, potestatem autem nullam habeat vel eligendi, vel manus imponendi: et ut neque in regione, neque in urbe alia, hujus saltem rei gratia appareat, nudumque dignitatis nomen retineat: et qui ab eo in sacrum ordinem lecti fuerant, ut arcaniori et sanctiori ordinatione confirmati, ad communionem admittantur. Præterea ut liceat eis quidem honorem simul et functionem ministerii obtinere: secundum autem prorsus locum, ab omnibus cujuscunque parocciæ et ecclesiæ exploratis, ac per reverendissimum fratrem et collegam nostrum Alexandrum lectis atque designatis, ferant. Cæterum ut nulla eis sit facultas quos visum sit designandi, aut nomina eorum subjiciendi, aut omnino faciendi quidquam præter catholicæ Ecclesiæ episcoporum, qui sub Alexandro sunt, sententiam. Qui vero per gratiam Dei et preces vestras in nulla dissidii factione reperiantur, sed integri atque impolluti in catholica Ecclesia consistent, eis potestas permissa est et designandi, et nomina dictandi eorum, saltem qui clero digni sint, et omnia prorsus faciendi legibus constitutionibusque ecclesiasticis consentanea. Quod si quem eorum qui Ecclesiæ præsent, decedere contingat, tum in defuncti locum et honorem provehi quisquam ex recens cooptatis debet, ut modo idoneus sit et a populo eligatur, ita tamen ut ad electionem ejusmodi calculus, suffragium, et confirmatio episcopi Alexandrini accedat. Atque hoc quidem

ἀσέβειαν καὶ τὴν παρανομίαν Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ· καὶ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου ἔδοξεν ἀναθεματισθῆναι τὴν ἀσεβῆ αὐτοῦ δόξαν, καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ ὀνόματα τὰ βλάσφημα οἷς ἐκέχρητο βλασφημῶν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγων αὐτὸν ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ εἶναι ποτε ὄτε οὐκ ἦν, καὶ αὐτεξουσιότητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντος, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα ὀνομάζοντος. Ἄπαντα ταῦτα ἀνεθεμάτισεν ἡ ἅγια σύνοδος, οὐδὲ ὄσον ἀκοῦσαι τῆς ἀσεβοῦς δόξης ἢ ἀπονοίας καὶ τῶν βλασφημῶν ῥημάτων ἀνασχομένη. Καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκείνον οἴου τέλους τετύχηκεν, ἢ ἀκηκάετε, ἢ ἀκούσεσθε· ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβάλλειν ἀνδρὶ δι' οἰκειαν ἁμαρτίαν ἄξια τὰ ἐπιχειρα κομισσάμεν. Τοσοῦτον δὲ ἰσχυσεν αὐτοῦ ἡ ἀσέβεια, ὡς καὶ παραπολέσαι Θεωνᾶν ἀπὸ Μαρμαρικῆς, καὶ Σεκούνδου ἀπὸ Πτολεμαίδος· τῶν γὰρ πῶ τῶν κάκεινοι τετυχήκασι. Ἄλλ' ἐπειδὴ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τῆς μὲν κακοδοξίας ἐκείνης καὶ ἀσεβείας καὶ βλασφημίας καὶ τῶν προσώπων τῶν τολμησάντων διάστασιν καὶ διαίρεσιν ποιήσασθαι τοῦ εἰρηνευομένου ἄνωθεν λαοῦ ἡλευθέρωσε τὴν Αἴγυπτον· ἐλείπετο δὲ τὸ κατὰ τὴν προπέτειαν Μελιτίου καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντων· καὶ περὶ τούτου τοῦ μέρους ἡ ἔδοξε τῇ συνόδῳ, ἐμφανίζομεν ὑμῖν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. Ἔδοξεν οὖν Μελίτιον, φιλανθρωποτέρως κινήσεως τῆς συνόδου, κατὰ γὰρ τὸν ἀκριβῆ λόγον οὐδεμιᾶς συγγνώμης ἄξιος ἦν, μένειν ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ, καὶ μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν αὐτὸν μῆτε χειροθετεῖν, μῆτε προχειρίζεσθαι· μῆτε ἐν χώρᾳ, μῆτε ἐν πόλει ἐτέρᾳ φαίνεσθαι ταύτης τῆς προφάσεως ἕνεκα· ψιλὸν δὲ ὄνομα τῆς τιμῆς κεκτησθαι· τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντας, μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντας, κοινωνήσαι· ἐπὶ τούτοις, ἐφ' ᾧ τε ἔχειν αὐτοὺς τὴν τιμὴν καὶ λειτουργίαν· δευτέρους δὲ ἐξάπαντος εἶναι πάντων τῶν ἐν ἐκάστη παροικίᾳ τε καὶ ἐκκλησίᾳ ἐξεταζομένων, τῶν ὑπὸ τοῦ τιμιωτάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου προχειρισμένων. Ὅστε τούτοις μηδεμίαν ἐξουσίαν εἶναι τοὺς ἀρέσκοντας αὐτοῖς προχειρίζεσθαι, ἢ ὑποβάλλειν ὀνόματα, ἢ ὄλως ποιεῖν τι, χωρὶς γνώμης τῶν τοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐπισκόπου τῶν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου· τοὺς δὲ χάριτι Θεοῦ καὶ εὐχαίς ὑμετέρας ἐν μηδενὶ σχίσματι εὐρεθέντας, ἀλλὰ ἀκηλιδῶτους ἐν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ὄντας, καὶ ἐξουσίαν ἔχειν προχειρίζεσθαι, καὶ ὀνόματα ἐπιλέγεσθαι τῶν ἁγίων τοῦ κλήρου· καὶ ὄλως πάντα ποιεῖν κατὰ νόμον καὶ θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικόν. Εἰ δὲ τινα συμβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῆνικαῦτα προσαναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος, τοὺς ἄριτοι προσληφθέντας· μόνον εἰ ἄξιοι φαίνονται, καὶ ὁ λαὸς αἰροῖτο, συνεπιψηφίζοντος αὐτῷ, καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Τοῦτο δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσι συνεχωρήθη· ἐπὶ δὲ τοῦ Μελιτίου προσώπου οὐκέτι τὰ αὐτὰ ἔδοξε διὰ τὴν ἀνάγκην αὐτοῦ ἀταξίαν, καὶ διὰ τὸ πρόχειρον καὶ προπετὲς τῆς γνώμης· ἵνα μηδεμίαν ἐξουσίαν ἢ αὐθεντίαν αὐτῷ δοθείη, ἀνθρώπων ὄνομα μὲν πάλιν τὰς αὐτὰς ἀταξίας ἐμποιῆσαι. Ταῦτα

ἴσσι: τὰ ἐξάρητα καὶ διαφέροντα Αἰγύπτου καὶ τῆ Α
 Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ. Εἰ δὲ τι ἄλλο ἢ ἑκανονίσθη
 ἢ ἐδογματίσθη, συμπάροντος τοῦ κυρίου καὶ τιμω-
 ράτου συλλειτουργοῦ καὶ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου,
 αὐτῆς παρῶν ἀκριβεστέρως ἀνοίσει πρὸς ὑμᾶς, ἅτε
 δὴ καὶ κύριος καὶ κοινωνὸς τῶν γεγενημένων τυγχά-
 νων. Εὐαγγελιζόμεθα δὲ ὑμῖν καὶ περὶ τῆς συμ-
 φωνίας τοῦ ἁγιωτάτου Πάσχα, ὅτι καὶ ὑμετέρας
 εὐχαίς καταρθώθη καὶ τοῦτο τὸ μέρος· ὥστε πάν-
 τας τοὺς ἐν τῇ Ἐψά ἀδελφοὺς τοὺς μετὰ Του-
 δαίων τοπρότερον ποιοῦντας συμφώνως Ῥωμαίοις
 καὶ ἡμῖν, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοῖς ἐξ ἀρχαίου
 μεθ' ἡμῶν φυλάττουσι τὸ Πάσχα, ἐκ τοῦ δεῦρο
 ἄγειν. Χαίροντες οὖν ἐπὶ τῆς κατορθώμασι,
 καὶ τῇ τῆς εἰρήνης συμφωνίᾳ, καὶ ἐπὶ τῷ πᾶσαν
 αἵρεσιν ἐκκοπήναι, ἀποδέξασθε μὲν μετὰ μείζονος
 τιμῆς καὶ πλείονος ἀγάπης τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν,
 ὁμῶν δὲ ἐπίσκοπον Ἀλεξάνδρον, τὸν εὐφράναντα
 ἡμᾶς ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐν τούτῃ τῇ ἡλικίᾳ
 τοσοῦτον πόνον ὑποστάντα ὑπὲρ τοῦ εἰρήνην γενέ-
 σθαι καὶ παρ' ὑμῖν· εὐχεσθε δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν
 ἀπάντων, ἵνα τὰ καλῶς ἔχειν δοξάζοντα ταῦτα βέβαια
 μείνη διὰ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦ Κυ-
 ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι· ᾧ
 ἢ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

fecto presentia sua exhilaravit, plurimumque in
 laboris sustinuit. Orate pro omnibus nobis, ut quæ
 a nobis recte sunt constituta, firma stabilitaque
 nostrum Jesum Christum, cum sancto Spiritu : cui
 sit gloria in sæcula. Amen.

Οὐχ ἡ θεία σύνοδος μόνη, ἀλλὰ καὶ ὁ περιδότης C
 Κωνσταντίνος, τῷ δὴμῳ τῶν Ἀλεξανδρέων τὰ ἴσα
 διεχάραττε γράμματα· ἐν ᾧ δεικνυσιν ὡς οὐχ ἀπλῶς,
 οὐδὲ ὡς ἔτυχε, ὁ ὅρος ὑπηγορευθῆ τῆς πίστεως,
 ἀλλὰ δοκιμασίᾳ πολλῇ καὶ συζητήσει ἡκριβωμένη·
 καὶ ὅσα τῷ δόγματι ἦσαν ἀρμόδια, πάντα εἰς μέσον
 ἤχθη· καὶ πρότερον ἐρεύνη διαβεβηκυῖα. ὅσα πρό-
 φασιν διαστάσεις ἐδόκει γενῆναι, ἐκποδῶν ἐγένοντο
 ἀναντιρρήτως· καὶ οὕτως ὁ ὅρος ἐξήγητο. Καὶ τέ-
 λος Θεοῦ γνώμην τὴν εἰς ταυτὸ γνώμης ἐλθοῦσαν
 τῶν ἐπισκόπων σύνοδον ὀνομάζει· καὶ Πνεύματι
 ἁγίῳ τῶν τοσούτων Πατέρων τὴν συμφωνίαν εἶναι
 διασαφεῖ, κἀντεῦθεν καὶ μετὰ τῆς ἀληθείας ἀστοχη-
 σαι καὶ τᾶσφαλοῦς.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Ἐπιστολὴ τοῦ μεγάλου βασιλέως Κωνσταντίνου
 ταῖς ἀπανταχοῦ ἐκκλησίαις περὶ τῶν ἐν τῇ
 ἀγία συνόδῳ διαπεπραγμένων· καὶ κατὰ Ἀρσιαν-
 ῶν.

Ὁ δ' αὐτὸς καὶ τοῖς μὴ δυνηθεῖσιν ἀφικέσθαι
 τῶν ἐπισκόπων, καὶ ταῖς ἀπανταχοῦ ἐκκλησίαις τὰ
 γεγενημένα διδάσκων, ἔγραψε τοιάδε· « Πείραν λα-
 βῶν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας ὅση τῆς θείας
 δυνάμεως πέφυκε χάρις, τοῦτον πρὸ πάντων ἔκρινα
 εἶναι μοι προσήκειν σκοπεῖν, ὅπως παρὰ τοῖς μακα-
 ρωτάτοις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πλήθουσι πίστις
 μία, καὶ εἰλικρινὴς ἀγάπη, ὁμογνώμων τε περὶ

(1) Theodoret. lib. 1, c. 10.

omnibus aliis concessum est : in persona autem
 Melitii non idem constitutum, propter priorem
 inordinatum ejus morem celeritatemque et præci-
 pitantiam sententiæ et consilii, ne qua sit ipsi vel
 potestas vel auctoritas, homini scilicet qui rursum
 temeritatem ordinis negligentem inducere possit.
 Hæc sunt quæ præcipue ad Ægyptum et Ecclesiam
 Alexandrinam pertinent. Si quid vero præterea vel
 canonibus vel decretis est constitutum, reveren-
 dissimus dominus, frater et collega noster Alexan-
 der, certius ad vos reversus perferet, quippe et
 auctor et particeps actorum omnium. Lætum in-
 super vobis offerimus nuntium de sanctissimi
 Paschatis celebrandi consensu ; nam et hæc res
 precibus vestris recte constituta atque ordinata
 est : 583 fratresque Orientales omnes, qui antea
 cum Judæis fecerunt, ex hoc ipso tempore cum
 Romanis et nobiscum, omnibusque adeo aliis qui
 antiquitus nobiscum Pascha celebrarunt, id se
 concorditer acturos conenserunt. Gaudete igitur
 de rebus ecclesiasticis ordinatis, de pacis consensu
 et concordia restituta, et de hæresibus omnibus
 excisis, atque majore eum honore prolixioreque
 charitate suscipite collegam quidem nostrum, epi-
 scopum autem vestrum Alexandrum, qui nos pro-

Non ipsa vero synodus tantum, sed et celeberrimus
 Constantinus, ad populum Alexandrinum ejus
 generis dedit litteras, quibus ostendit, non simpli-
 citer, temere aut neglectim definitionem profes-
 sionis fidei editam, sed exploratione multa atque
 disquisitione accurata adhibita, quæcunque dog-
 mati consentanea essent, in medium producta :
 primumque investigatione diligenti observata, quæ-
 cunque occasionem dissidii et seditionis creare
 possent, ea ita rejecta, ut contra dici quidquam
 non posset : et sic deinde definitionem ipsam pro-
 mulgatam esse : postremo Dei sententiam concor-
 dem episcoporum synodi sententiam vocat, atque
 Spiritui sancto tot Patrum consensum acceptum
 refert, per quem illi a vera et certa sententia non
 D exciderint.

CAPUT XXV.

Epistola magni imperatoris Constantini ad omnes
 ubique ecclesias de sanctæ synodi actis, et ad-
 versus Arianos.

Idem et ad episcopos qui ad conventum venire non
 potuerunt, et ad omnes ubique ecclesias quæ, acta
 ibi essent declarans, ad hunc modum scripsit (1) :
 « Experientia edoctus per rerum publicarum pro-
 speritatem, quanta sit divinæ potestatis gratia,
 illum mihi propositum esse debere finem judica-
 vi, ut a beatissimis catholicæ Ecclesiæ populis
 fides una et sincera charitas, consentiensque in

Ilem pietas servetur. Sedenim cum aliter omnino fieri non posset, **584** ut ordo stabilis et firmus constitueretur, nisi simul omnes, aut certe plures episcopi convenirent, et de re qualibet ad sanctissimam religionem pertinente dijudicarent, ejus rei gratia, quam fieri potuit plurimis coactis, me quoque perinde atque uno aliquo ex vobis (non enim negaverim, quo maxime lætor, conservum vestrum me esse) præsentē, usque adeo omnia in debitam sunt disquisitionem vocata, quousque rerum omnium inspectori Deo placita sententia, ad consentientis unitatis concordiam stabiendam, in lucem est protracta, ita ut nihil jam quod ad dissensionem aut professionis fidei ambiguitatem facere posset, sit relictum. Ubi cum de sanctissimo etiam Paschatis die quæstio esset exorta, sententiis omnium decretum est, convenire, ut id eodem tempore ab omnibus ubique peragatur. Quid enim nobis esse potest vel pulchrius, vel gravius, quam si is dies festus, unde spem immortalitatis percepimus, uno ordine et celebri ritu ab omnibus certo inviolabiliter peragatur? Ac primum quidem indigna res fuit, sanctissimum eum diem imitatione atque consuetudine Judæorum celebrare, qui manibus suis nefario flagitio contaminatis, non injuria quoque animis sunt exæcati, homines scelerati. Quidni enim licet, gente ea rejecta, rectiore verioreque ordine, quem a primo passionis die hucusque servavimus, ad futura quoque sæcula observationis hujus ritum transmittere? Itaque nihil vobis commune sit cum istiusmodi Judæorum turba. Aliam siquidem a Salvatore accepimus viam. Propositus est sacratissimæ religioni nostræ suus cursus, et legitima quæ illam deceat regula, quam unanimi consensu complectentes, nos ipsos a fœda illa conscientia et societate retrabamus, fratres reverendissimi. Et profecto omnium absurdissimum est, illos gloriantes jactare, hisce observandis nos sufficere non posse absque illorum doctrina et præscripto. Quidnam vero illi recte sentire et sapere possunt, qui post illam Domini cædem mentibus capti, non ratione aliqua, sed impotenti impetu, quocumque eos insitus impellit furor, ducuntur? Quam ob causam, cum in hac quoque parte verum non perspiciant, sed uti semper, affectu vitioso transversi rapiantur, potius quam errorem corrigant, eodem anno bis Pascha peragunt. **585** Qua igitur de causa eos sequemur, qui gravi errore se implicatos esse confitentur? Bis equidem eodem anno Pascha celebrare haud unquam sustinuerimus. Atque etiamsi hæc vobis non exponerentur, conveniret tamen, vos, pro mentis vestræ sagacitate, semper et studere et optare, ne cujuscumque similitudine et exemplo puritatem animarum vestrarum pollueretis, neve hominum modis omnibus malorum consuetudinem imitari videremini. Ad hæc illud quoque considerandum venit, in re tanta et tam solemnibus religionis nostræ feriis, dissensionem exstare

τὴν παγκρατῆ θεὸν εὐσεβεία τηρῆται. Ἄλλ' ἐπεὶ δὴ τοῦτο ἐτέρως οὐχ οἶδ' ἂν τε ἦν, ἀκλιτῆ καὶ βεβαίαν τάξιν λαβεῖν, εἰ μὴ εἰς ταυτὸ πάντων ὁμοῦ, ἢ τῶν γούν πλείονων ἐπισκόπων συναλοότων, ἐκαστῶν τῶν προσηκόντων τῇ ἀγιωτάτῃ θρησκείᾳ διάκρισις γένοιτο· τοῦτου ἕνεκεν πλείστοιν ὄσων συναθροισθέντων, καὶ αὐτὸς δὲ, καθάπερ εἰς ἐξ ὑμῶν, τυγχάνων συμπαρῶν (οὐ γὰρ ἀρησαίμην ἂν ἐφ' ᾧ μάλιστα χαίρω, συνθεράπων ὑμέτερος πεφυκέναι), ἄχρι τοσούτου ἅπαντα τῆς προσηκούσης τετύχηκεν ἐξετάσεως, ἄχρις οὗ ἢ τῶν τῶν πάντων ἐφόρῳ Θεῷ ἀρέσκουσα γνώμη πρὸς τὴν τῆς ἐνότητος συμφωνίαν εἰς φῶς προήχθη, ὡς μηδὲν ἐτι πρὸς διχόνοιαν, ἢ πίστει ἀμφισβήτησιν ὑπολείπεσθαι. Ἐνθα καὶ περὶ τῆς τοῦ Πάσχα ἀγιωτάτης ἡμέρας γενομένης ζητήσεως, ἔδοξε κοινῇ γνώμῃ, καλῶς ἔχειν ἐπὶ μᾶζ ἡμέρας πάντας τοὺς ἀπανταχοῦ ἐπιτελεῖν· τί γὰρ ἡμῖν ἀλλίον, τί δὲ σεμνότερον ὑπάρξει δυνηταί τοῦ τὴν ἐορτὴν ταύτην, παρ' ἧς τὴν τῆς ἀθανασίας εἰλήφαμεν ἐλπίδα, μᾶζ τάξει καὶ φανερῷ λόγῳ παρὰ πᾶσιν ἀδιαπτῶτως φυλάττεσθαι; Καὶ πρῶτον μὲν ἀνάξιον ἔδοξεν εἶναι τὴν ἀγιωτάτην ἐκείνην ἐορτὴν τῇ τῶν Ἰουδαίων ἐπομένους συνθηθεῖα πληροῦν, οἱ τὰς ἐκυτῶν χεῖρας ἀθεμίτῳ πλημελέματε χράναντες, εἰκότως τὰς ψυχὰς οἱ μικροὶ τυφλώτουσιν. Ἐξῆσσι γάρ, τῷ ἔθνους ἀποβληθέντος, ἀληθεστέρᾳ τάξει ἦν ἐκ πρώτης τοῦ πάθους ἡμέρας μέχρι τοῦ παρόντος ἐφυλάξαμεν, καὶ ἐπὶ τοὺς μέλλοντας αἰῶνας τὴν τῆς ἐπιτηρησεως ταύτης συμπλήρωσιν ἐγγίνοσθαι. Μηδὲν τοίνυν ἔστω ὑμῖν κοινὸν μετὰ τοῦ ἐχθίστου τῶν Ἰουδαίων ὄχλου. Εἰλήφαμεν γὰρ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐτέραν ὁδόν. Πρόκειται γὰρ δρόμος τῇ ἱερωτάτῃ ἡμῶν θρησκείᾳ, καὶ νομικῶς κανὼν καὶ πρέπων τούτῳ, οὗ συμφώνιος ἀντιλαμβάνομενοι· τῆς αἰσχρᾶς ἐκείνης ἑαυτοὺς συνειδήσεως, ἀποσπάσωμεν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. Ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀτοπώτατον ἐκείνους αὐχεῖν, ὡς ἄρα παρεκτὸς τῆς αὐτῶν διδασκαλίας ταῦτα φυλάττειν οὐκ ἔσμεν ἱκανοί. Τί δὲ φρονεῖν ἐκείνοι ὀρθὸν δυνησονται, οἱ μετὰ τὴν Κυριοκτονίαν ἐκείνην τῶν φρονῶν ἐκστάντες, ἄγονται οὐ λογισμῶ τινι, ἀλλ' ὀρμητικῶς ἀκατασχέτῳ, ὅπου ἂν αὐτοὺς ἡ ἔμφυτος ἀπάγη μανία; Ἐκεῖθεν τοίνυν κἂν τούτῳ τῷ μέρει τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἐρύωντας, ὡς αἰεὶ κατὰ πάθος αὐτοὺς πλανωμένους, ἀντὶ τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως ἐν τῷ αὐτῷ ἔτι δεύτερον τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν. Τίνος οὖν χάριν τοὺτους ἐπόμεθα, οἱ δεινὴν πλάνην νοσεῖν ὡμολόγηται; δεύτερον γὰρ τὸ Πάσχα ἐν ἐνὶ ἐνιαυτῷ οὐκ ἂν ποτε ποιεῖν ἀνεξόμεθα. Ἄλλ' εἰ καὶ ταῦτα μὴ προῦκαίτο, τὴν ὑμετέραν ἀγχίνον ἐχρῆν καὶ διὰ σπουδῆς καὶ δι' εὐχῆς ἔχειν πάντοτε, ἐν μηδενὸς ὁμοιωμάτι τὸ καθαρὸν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς κοινωνεῖν, ἢ δοκεῖν ἐπεσοῖα ἀνθρώπων ἕθει παγκάκων. Πρὸς τοῦτοις κἀκεῖνο πάρεστι συνορᾶν, ὡς ἐν τηλικούτῳ πράγματι καὶ τοιαύτης θρησκείας ἐορτῇ διαφωνίαν ὑπάρχειν ἐστὶν ἀθεώτατον· μίαν γὰρ ἡμῖν τὴν τῆς ἡμετέρας ἐλευθερίας ἡμέραν, τουτέστι τοῦ ἀγιωτάτου πάθους, ὃ ἡμέτερος παρέδωκε Σωτῆρ· μίαν εἶναι τὴν καθολικὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν βεβού-

ληται ἥς εἰ καὶ τὰ μάλιστα εἰς πολλοὺς τε καὶ A
 διαφόρους τόπους τὰ μέρη διήρηνται, ἀλλ' ὅμως ἐν
 πνεύματι, τουτέστι τῷ θείῳ βουλήματι θάλλεται.
 Λογισάσθω δὲ ἡ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἀγχύσιον,
 ὅπως ἐστὶ δεινὸν τε καὶ ἀπρεπὲς κατὰ τὰς αὐτὰς
 ἡμέρας ἐτέρους μὲν ταῖς νηστειαῖς σχολάζειν, ἐτέ-
 ρους δὲ συμπόσια τελεῖν· καὶ μετὰ τὰς τοῦ Πάσχα
 ἡμέρας ἄλλους μὲν ἑορταῖς καὶ ἀνάεσσειν ἐξετάζεσθαι,
 ἄλλους δὲ ταῖς ὄρισμέναις ἐκδιδοῦσθαι νηστειαῖς.
 Διὰ ταῦτα γοῦν τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως τυ-
 χεῖν, καὶ πρὸς μίαν διατύπωσιν ἀγεσθαι τοῦτο, ἡ
 θεία πρόνοια βούλεται· ὡς ἔγωγε ἀπαθῶς συνορῶ.
 Ὅθεν ἐπειδὴ τοῦτο οὕτως ἐπανορθοῦσθαι προσήκει,
 ὡς μηδὲν μετὰ τῶν Κυριοκτόνων εἶναι κοινὸν, ἔστι
 τε τάξις εὐπρεπῆς, ἣν ἀπασαί τῶν δουτικῶν τε καὶ
 μεσημβρινῶν καὶ ἀρκύων τῆς οἰκουμένης μερῶν B
 παραφυλάττουσιν αἱ ἐκκλησίαι· καὶ τινες τῶν κατὰ
 τὴν Ἐφῶν τόπων, ὧν ἕνεκεν ἐπὶ τοῦ παρόντος καλῶς
 ἔχειν ἀπαντες ἠγήσαντο· καὶ αὐτὸς δὲ τῇ ὑμετέρῃ
 ἀγχυνοῖα ἀρέσειν ὑπεσχέθη· ἵνα ὅπερ δ' ἂν κατὰ
 τὴν Ῥωμαίων πόλιν, Ἰταλίαν τε καὶ Ἀφρικὴν
 ἄπασαν, Αἴγυπτον, Ἰσπανίας, Γαλλίας, Βρεταννίας,
 Λιβύας, ὅλην Ἑλλάδα, Ἀσιανὴν τε διοίκησιν, καὶ
 Ποντικὴν, καὶ Κιλικίαν, μίξ καὶ συμφώνη φυλάττη-
 ται γνῶμη, ἀσμένως τοῦτο καὶ ἡ ὑμετέρα προσδί-
 ξηται σύνεσις, λογιζομένη, ὡς οὐ μόνον πλείων
 ἐστὶν ὁ τῶν κατὰ τοὺς προειρημένους τόπους ἐκκλη-
 σιῶν ἀριθμὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς τοῦτο μάλιστα κοινῇ
 πάντας ἐσιώτατόν ἐστι βούλεσθαι· ὅπερ καὶ ὁ ἀκρι-
 βῆ· ἀπατεῖν δοκεῖ λόγος· καὶ οὐδεμίαν μετὰ τῆς C
 Ἰουδαίων ἐπιτοκίας ἔχειν κοινωνίαν. Ἴνα δὲ τὸ
 κεφαλαιωδέστατον συντόμως εἴπω, κοινῇ πάντων
 ἤρесе κρῖσι, τὴν ἀγιωτάτην τοῦ Πάσχα ἑορτὴν μίξ
 καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεσθαι. Οὐδὲ γὰρ πρέπει
 ἐν τοιαύτῃ ἀγιότητι εἶναι τινα διαφορὰν· καὶ κάλ-
 lion ἔπεσθαι τῇ γνῶμῃ ταύτῃ, ἐν ἣ οὐδεμία ἔσται
 ἀλλοτριῆς πλάνης καὶ ἀμαρ. ἡμάτος ἐπιμείξια. Τοῦ-
 των οὕτως ἔχόντων, ἀσμένως δέχεσθε τὴν οὐρανίαν
 καὶ θεῖαν ὡς ἀληθῶς ἐντολήν. Πᾶν γὰρ ὁ τὸ δ' ἂν ἐν
 τοῖς ἀγίοις τῶν ἐπισκόπων συνεδρίοις πράττηται,
 πῦτο πρὸς τὴν θεῖαν βούλησιν ἔχει τὴν ἀναφορὰν.
 Διὸ πᾶσι τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν ἀδελφοῖς ἐμφανισαν-
 τες τὰ προγεγραμμένα, ἤδη καὶ τὸν προειρημένον
 λόγον καὶ τὴν παρατήρησιν τῆς ἀγιωτάτης ἡμέρας
 ὑποδέχεσθαι τε καὶ διατάττειν ὀφείλετε· ἵνα ἐπειδὴν D
 πρὸς τὴν πάλαι μοι ποθουμένην τῆς ὑμετέρας δια-
 θέσεως ἔψιν ἀφίλωμαι, ἐν μίξ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ
 τὴν ἀγίαν μεθ' ὑμῶν ἑορτὴν ἐπιτελέσαι δυναθῶ,
 καὶ πάντων ἕνεκεν μεθ' ὑμῶν εὐδοκῆσω, συνορῶν
 τὴν διαβολικὴν ὠμότητα ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως
 διὰ τῶν ἡμετέρων πράξεων ἀντηρημένην, ἀμαρζού-
 σης· πανταχοῦ τῆς ὑμετέρας πίστεως καὶ εἰρήνης
 καὶ ὁμοιοῦσας. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξαι, ἀδελφοί
 ἀγαπητοί. »

Ἄποστα καὶ κατ' Ἀρείου καὶ τῶν ὁμοφρονῶν
 ἐκείνῃ γράφει τοῖς πανταχοῦ ἐπισκόποις καὶ λαοῖς,
 εἰκαῖον ἐπικροῦσαι. « Τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς

A aliquam, longe esse impiissimum. Unum naniq̄
 nobis libertatis atque redemptionis nostræ diem,
 sanctissimæ scilicet passionis suæ, Salvator nost̄ r
 dedit. Unam esse catholicam suam Ecclesiam vol-
 luit : cujus tametsi partes in multis variisque sunt
 dispersæ locis, uno tamen spiritu, hoc est, divino
 arbitrio fovetur. Consideret porro sanctitatis ve-
 stræ solertia quæ grave sit et indecorum, per
 eosdem dies, alios quidem jejuniis intentos esse,
 alios vero conviviis vacare ; et post Paschatis
 dies, hos quidem ferari et conquiescere, illos au-
 tem statis jejuniis macerari. Quapropter hanc rem,
 pro eo atque decet corrigi, atque ad unum institu-
 tum formamque perducī, divina vult providentia,
 quantum equidem extra omnem affectum positus
 perspicio. Itaque cum hoc sic corrigere conveniat,
 ne quid nobis cum Domini percussoribus sit com-
 mune, et decens exstet ordo, quem omnes Occi-
 dentalium, et Meridionalium, Septentrionaliumque
 habitabilis orbis partium Ecclesiæ, et quibusdam
 quoque in locis Orientales observant, ea de causa
 in præsentia omnibus convenire visum est, ipse-
 que adeo id solertiæ vestræ placitum esse re-
 cepi, ut quod per urbem Romanam, Italiam, Afri-
 cam omnem, Ægyptum, Hispanias, Gallias, Britan-
 nias, Libyam, cunctam Græciam, Asianam atque
 Ponticam ditionem, et Ciliciam, uno atque consen-
 tenti servatur consilio, id libenter quoque pru-
 dentia vestra suscipiat, secum ipsa perpendens,
 non modo ampliorem esse Ecclesiarum in eis quæ
 diximus locis numerum, verum etiam idem com-
 muniter omnes sentire et velle, esse quam sanctis-
 simum. Quin et strictior ipsa atque exactior ratio
 flagitare videtur, 586 ne qua nobis sit cum Ju-
 dæorum perjurio communitio. Et et tandem sum-
 mam rei breviter dicam : communi omnium judi-
 cio placuit, sanctissimas Paschatis ferias, uno eo-
 demque die peragi. Minime namque decet in re
 tam sancta aliquam exstare dissensionem. Et pul-
 chrius est eam sequi sententiam, in qua nulla sit
 alieni erroris et peccati contagio. Ac cum ita se
 res habeat, libentibus animis cœleste hoc et vere
 divinum suscipite præceptum. Quidquid enim in
 sanctis episcoporum agitur conventibus, id ad
 divinam refertur voluntatem. Itaque eis quæ scrip-
 psimus omnibus dilectis fratribus nostris signifi-
 catis, jam rationem hanc et observationem sanctis-
 simi diei suscipere atque instituere debetis, ut
 cum in pietatis vestræ (quod dudum mihi fuit in
 votis) conspectum venero, uno eodemque die sanctas
 vobiscum ferias celebrare valeam, et rebus
 omnibus una vobiscum ex animo delecter, ferita-
 tem diabolicam per vim divinam operibus nostris
 sublatam, vestramque ubique fidem, pacem et con-
 cordiam vigentem cernens. Deus vos servet, fra-
 tres dilecti. »

Æquum etiam est, quæ contra Ariam et secta-
 tores ejus, omnibus passim episcopis et populis
 scripsit, cognoscere. « Cum malignos et impios

Arius sibi imitandos auxerit, per est ut eandem cum illis ferat ignominiam. Quemadmodum igitur Porphyrius divinæ pietatis hostis, iniquis de religione compositis libris, condignam reperit mercedem, per quam omnium futuris sæculis probris obnoxius erit, plurimæque obruetur infamia, atque insuper impia ejus abolita sunt scripta, ita et nunc placitum nobis est, Arium et Arii suffragatores, Porphyrianos quidem nominari, ut quorum imitati sunt mores, eorum quoque obtineant appellationes: si quod autem scriptum ad Ario compositum reperitur, ut igni id tradatur volumus, ut non modo improba ejus doctrina abrogetur, verum etiam ne monumentum quidem aliquod ejus relinquatur. Illud equidem prædictum volo, si quis libellum aliquem ab Ario conscriptum celare, nec continuo igni comburere, deprehensus fuerit, supplicium ei mortis esse constitutum. 587 Illico namque in crimine tali comprehensus pœnam sustinebit capitalem. » Plures etiam alias adversus eosdem ad loca omnia misit epistolas, verbis per ironiam ad simulationem compositis, eis illudens. Nicomediensibus itidem (1) contra Eusebium et Theognidem scripsit, Eusebium perstringens, veluti Licinio aliquando faventem sibi que insidiantem, atque alium episcopum legere jubens; quod et factum est. Eas epistolas hoc loco apponere, ne longior esse videar, minus convenire putavi. Ac de his quidem hactenus.

CAPUT XXVI.

*Quod Constantinus benedictionis causa, Constantino-
polim synodo translato, publicum ei præbuit
epulum et muneribus, omnes honoris gratia prose-
cutus, domum quemque diniserit.*

Cæterum rebus ad hunc modum euntibus, commo- dum evenit ut vicesimus Constantini imperii annus tum compleretur. Et Romani more recepto, decimo quoque principis sui imperii anno, communem et publicum agebant conventum diemque festum. Itaque et ipse decere id arbitratus, ad epulas synodum invitavit, et toris plurimis ordine suo collocatis, eodem in loco excipit, multisque et sermonibus et donis honorificentiam et liberalitatem erga illos declarans, præclarissimos quoque eorum mensæ suæ adhibet. Quorum quidem, cum ille mutilata propter Christum cerneret membra, atque fidei eorum constantiam inde colligeret, labiis ipse suis cicatrices eorum exosculari et venerari dedignatus non est, gratiam se osculo ejusmodi et benedictione eorum percipere confisus. Posteaquam autem finem suum convivium id habuit, loco suo exurgens, supplicis more conventum rogavit, ut qui tantum pertulissent laboris, perpauca sibi dies dare, et recens fundatam urbem, jam tum perfectam, adire non gravarentur, ut precationibus suis munitiones et muros ejus firmarent. Atque illi statim, quod petierat, faciunt. Constantinopolim veniunt, Encænna et consecra-

(1) Socrat. lib. 1 *Historiæ eccles.*

A μιμησάμενος Ἄρειος, δίκαιός ἐστι τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ὑπέχειν ἀτιμίαν. Ὅσπερ τοίνυν Πορφυρίου ὁ τῆς θεοσεβείας ἐχθρὸς συντάγματα παράνομα περὶ τῆς θρησκείας συστησάμενος, ἄξιον εὐράτο μισθὸν καὶ τοιοῦτον ὥστε ἐπονείδιστον μὲν αὐτὸν πρὸς τὸν ἐξῆς γενέσθαι χρόνον, καὶ πλείστης ἀναπλησθῆναι κακοδοξίας, ἀφανισθῆναι δὲ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα· οὕτω καὶ νῦν ἔδοξεν Ἄρειόν τε καὶ τοὺς Ἄρειου ὁμογνώμονας Πορφυριανοὺς μὲν καλεῖσθαι. Ἰν' ὧν τοὺς τρόπους μεμύμηται, τούτων ἔχωσι καὶ τὴν προσηγορίαν· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ εἴ τι σύνταγμα ὑπὸ Ἄρειου συντεταγμένον εὐρίσκειτο, τοῦτο πυρὶ παραδίδοσθαι, ἵνα μὴ μόνον τὰ φαῦλα αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ἀφανισθῆι, ἀλλὰ μὴδὲ ὑπόμνημα αὐτοῦ ὄλωσ' ὑπολίποιο. Ἐκείνο μόντοι προαγορεύω· ὡς εἴ τι σύνταγμα ὑπὸ Ἄρειου συνταγὴν φωραθῆι κρύφας, καὶ μὴ εὐθέως προσενεγκῶν πυρὶ καταναλώσῃ, τούτῃ θάνατος ἔσται ἡ ζημία. Παραχρῆμα, γὰρ ἀλοῦς ἐπὶ τούτῳ, κεφαλικὴν ὑποστήσεται τιμωρίαν. » Πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας ἐπιστολάς κατ' αὐτῶν πέμψας, ἀπανταχοῦ ἐξαπέστειλεν, ἐν εἰρωνίᾳ τῷ λόγῳ διαπαίζων αὐτούς. Καὶ Νικομηθεῦσι δὲ κατὰ Εὐσεβίου καὶ Θεόγνιδος ἔγραψεν, ἐν οἷς τοῦ Εὐσεβίου καθάπτεται, ὡς Λικινίῳ εὐνοοῦντος, κάκεινον ἐπιβουλεύοντος, καὶ ἐπίσκοπον ἕτερον ἐλεῖσθαι· ὃ καὶ ἐγένετο. Τὸ δὲ μῆκος φεύγων ἐγὼ, καὶ ταύτας παραθεῖναι τὰς ἐπιστολάς οὐ δέον ἰστοισάμην. Καὶ περὶ μὲν τούτων ταῦτα.

C

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Ὅτι ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν σύνοδον ἀγαγῶν, εὐλογίας χάριν, δημοτελεῖν αὐτῇ κοτίασιν ἐποιήσαστο· καὶ δώροις ἀπαντας φιλοτιμησάμενος, οἰκὰς ἀπέλυεν ἕκαστον.

Εἰδὲ· αἱ μέντοι χρεῶν ὡς ὁ τοῦ Παμφίλου Εὐσεβίου τριῶν βιβλίοις τὸ εἰρημένον ὑποπτον τοῦ Μαρ-

(1) Legendum forte *Georgio*, supra cap. 7 cod.

A diceret nunquam ea sensisse, de quibus per callumniam accusatus esset. Asclepæ episcopatum Gazæorum auctoritate sua confirmavit, qui antea etiam multorum antistitum, et maxime Eusebii Pamphili suffragio episcopalem susceperat dignitatem, ejus rei certitudinem acta judicii declarabant. Lucium etiam Adrianopolitam, quod accusatores ejus profugerant, restituerunt. Horumque paræciis et ecclesiis scripserunt, ne alios quam hos ipsos haberent episcopos, eorumque quamprimum exspectarent adventum. Abrogarunt quoque episcopatum Gregorio (1) Alexandrino, Basilio Ancyrano, et Quintiano Gazæo: et ut non modo episcoporum, sed ne Christianorum quidem appellatione honorarentur statuere. Idem fecerunt

Theodoro Perinthio, Narcisso Irenopolita, Acæcio Cæsariensi Eusebii Pamphili successori, Menophanto Ephesio, Ursacio Singidonis (2), et Valenti Mursiæ Pannoniorum episcopis, et Laodicensi Georgio, quamvis Synodo Orientalium is non interesset. His omnibus dignitate adempta, communionem interdixerunt, quod Filium Dei a paterna substantia separarent: **698** et quod, qui dudum propter Arianam hæresim rejecti fuerant, eos recepissent, et ad ampliorem ministerii Dei evexissent dignitatem. Eis damnatis, ad omnes ubique episcopos miserunt, ut decreta ea rata haberent et confirmarent, nec non Nicænis placitis consentirent. Quibus roboratis, τὸ ἀνόμοιον, dissimile, repudiarent, τὸ ὁμοούσιον, consubstantiale, aperte promulgarent. Et scripto quodam composito, quod diffusius quidem quam Nicænum esset, finitionem autem ejus servaret, verbisque non admodum ab illo differret, id passim ad loca omnia miserunt. Ne vero novare quidquam contra Nicæna decreta viderentur, Hosius et Protogenes, qui tum synode præierant, cum certa attestazione ad Julium litteras dederunt, auctoritatem suam se Nicænam fidei professioni integram relinquere: perspicuitatis autem gratia, quæ Nicææ constituta essent, non ita multis latius extendisse, ne scilicet Ariani compendio professionis fidei ad absurdas opiniones eos abducerent, qui dialecticæ sunt imperiti. His

ita peractis, domum revertere. Et utrique in ea erant opinione, recte ab eis quæ sententiis proscriptiois ferendis egissent, esse facta. Orientales quidem, quod Occidentales, quos ipsi sacro ordine movissent et rejecissent, eos ad communionem admisissent; Occidentales autem, quod illi quæ Athanasium et alios damnationis sententia notassent, ante publicam cognitionem profugissent; quæ quod ii Nicæna decreta complectebantur, illi vero ea depravare et adulterare audebant. In Sardicensi consilio Marcello quoque, de quo supra diximus, Ancyræ Galatiæ episcopatum, sicuti commemoravimus, rursus mandarunt. Nam is synodo exposuit, a multis libri sui scripta intellecta non esse: unde illi suspicionem conceperint, eadem se cum Samosateno Paulo et Sabellio sentire.

D

699 CAPUT XIII.

Quæ Socrates scriptor ecclesiasticus de opinione Eusebii Pamphili memorie prodiderit, et quæ Occidentis Orientisque de fide Nicæna fuerit sententia.

Sciendum sane, Eusebium Pamphili tribus libris suspectum illum Marcelli commentarium referel-

(2) Singidon hodie Segedinum dicitur.

lisce (1). Scripto namque eo in partes suas diviso, A deinde confutationem infert : idque in toto opere facit. Ex quibus libris Socrates scriptor ecclesiasticus plurima allegat, quapropter Eusebius quasi Arianus taxatus sit. Ac deinceps refert, primæ synodo eum interfuisse, aliisque episcopis decretis faciendis consensisse : sicuti Eusebius ipse in tertio ad Constantinum libro memoret. Profert vero idem et piam ejus in illud, *Dominus creavit me initium viarum suarum*¹, interpretationem, in qua hæc sic scribit : « Quod Dominus seipsum creatum esse ait, non hoc sane ita dicit, tanquam qui antea non fuerit, ac tum primum esse cœperit : ut quemadmodum reliquæ creaturæ, itidem et ipse ex non existente existerit, nonnulli non recte acceperunt; sed ut constans B quidem et vivens et præexistens atque subsistens ante totius mundi constitutionem, ad regendum autem et administrandum universa a Domino suo ipsius Patre ordinatus; ut eo loco hoc verbum creavit, pro verbo ordinavit seu constituit, sit dictum. Aperte certe quidem hominum principes et duces creaturam nominavit apostolus dicens : *Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Dominum, sive regi quasi præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis*². Et propheta ex persona Dei dicens : *Ecce ego firmans tonitruum, et creans Spiritum, et annuntians ad homines Christum ejus*³ : hoc verbum *creans*, non ea sententia, quod antea non fuerit, accepit; non enim tum Deus creavit Spiritum, cum Christum suum per eum hominibus annuntiavit; neque recens sub sole fuit. Sed fuerat quidem ille, et præxistiterat : missus autem tum est, quo tempore apostoli congregati erant cum instar tonitrus e cælo sonitus provenit, tanquam advenientis flatus vehementis : hoc verbo *creans*, pro eo quod *est demittens*, aut *ordinans* seu *statuens*, posito; tonitru vero ipso, alio quodam modo evangelicam prædicationem significante. Tale est et illud : *Cor mundum crea in me, Deus*⁴. **700** ubi non ille quidem tanquam cor non habens, sed ut tandem habenti et purificaretur et perficeretur, precatus est. Et illud : *Ut crearet duos in unum novum hominem*⁵, pro *cogere* seu *congregare*. Vide porro an non tale sit et illud : *Induite novum hominem, secundum Deum creatum*⁶. Item illud : *Si quis in Christo nova creatura*⁷; et quæcunque sunt ejusmodi. Ut ne miretis, si metaphorice et per translationem in verbis istis : *Dominus creavit me in initio viarum suarum; creavit*, pro *constituit*, aut *ordinavit* dictum sit. » Hæc in tertio adversus Marcellum libro Eusebius. Socrates autem hæc quoque hisce verbis pro Eusebio refert : « Cum itaque Eusebius Nicænæ synodi mentionem faciens, soluta esse et constituta,

κέλλου ἀνέτρεψε σύγγραμμα, ὡς καὶ πρῶην εἰρηκαμεν, τὰ πρὸς Μάρκελλον ἐπιγράψας τὸ σπουδασμα. Διαίρησας γὰρ εἰς μέρη, ἐπειτα τὴν ἀντίρρησιν ἐπάγει· καὶ τοῦτο δι' ὅλου ποιεῖ. Ἐξ οὗ σπουδάσματος πολλὰ παρατιθεῖς Σωκράτης ὁ τὰ ἐκκλησιαστικὰ συγγραψάμενος, ἐνίσταται πλείστα, ὡς διεβάλλοιτο Εὐσέβιος τὰ Ἀρειοῦ φρονῶν· παρεσάγει γὰρ τῷ τε τῇ πρώτῃ συνόδῳ αὐτὸν παρεῖναι, καὶ τοῖς λοιποῖς ὁμόφρονα καταστήναι· ὡς ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ πρὸς Κωνσταντῖνον αὐτὸς ἐκεῖνός φησιν. Ἐκτίθησι δὲ καὶ τὴν εἰς τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ*, εὐσεβῆ ἐξηγήσιν· ἐν ἧ καὶ ταῦτά φησιν· « Εἰ δὲ λέγεται ὁ Κύριος ἐκτίσθαι ἑαυτὸν, οὐχ ὡς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρελθῶν, ταῦτα ἂν εἴποι τοῖς λοιποῖς κτίσμασι καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γεγονώς, ὅτινες οὐκ ὀρθῶς ὑπεκλήθησαν, ἀλλ' ὡς ὑφ' ἐστῶς μὲν καὶ ζῶν, πρῶν τε καὶ προϋπάρχων τῆς τοῦ παντὸς κόσμου συστάσεως. » Ἀρχεῖν δὲ τῶν ἄλλων ὑπὸ τοῦ Κυρίου τοῦ ἑαυτοῦ Πατρὸς κατατεταγμένως, τοῦ ἔκτισεν, ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ κατέταξεν ἢ κατεσκεύασεν, εἰρημένως. Διαβρήδην οὖν τοὺς ἐν ἀνθρώποις ἀρρονας καὶ ἡγεμόνας κτίσιν ὠνόμασέν εἶπὼν ὁ ἀπόστολος : Ἐκτίθησθε οὖν *πᾶσιν ἀνθρώπων κτίσει διὰ τὸν Κύριον· εἴτε βασιλεῖ ὡς ὑπερέχοντι, εἴτε ἡγεμόσιν ὡς δι' αὐτοῦ πεμπομένοις*. Καὶ ὁ εἰπὼν δὲ προφήτης ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, Ἰδοὺ ἐγὼ στερεῶν βροντὴν καὶ κτιζῶν Πνεῦμα, καὶ ἀποστέλλω εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, τὸ κτιζῶν, οὐκ ἐκ τοῦ γεγονότος εἰς ἀνυπαρξίαν παρεκλήθη· οὐ γὰρ τότε ἔκτισεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα, ὅτε τὸν Χριστὸν αὐτοῦ δι' αὐτοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις κατήγγειλεν· οὐδὲ γὰρ πρόσφατον ὑπὸ τὸν ἥλιον· ἀλλ' ἦν μὲν καὶ προϋπῆρχεν· ἀπεστέλλετο δὲ, καὶ ὃν κτιζῶν ἦσαν οἱ ἀπόστολοι συνηγμένοι, ὅτε δίκην βροντῆς ἐγένετο ἤχος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὡς περ φερομένης πνοῆς βίας· τοῦ κτιζῶν ἀντὶ τοῦ καταπέμψων ἢ κατατάσσων εἰρημένως· τῆς δὲ βροντῆς καὶ ἕτερον τρόπον τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα δηλοῦση. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, *Καρδίαν καθαρὰν κτίσιν ἐν ἐμοί, ὁ Θεός*· οὐχ ὡς μὴ ἔχων, ἀλλ' ὅτι δήποτε τελεσθῆναι τοιαύτην ἤσχετο· καὶ τὸ, *Ἴνα κτίσῃ τοὺς δύο εἰς ἓνα καιρὸν ἀνθρώπων*, ἀντὶ τοῦ συναγάγῃ. Ὅρα μήποτε τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, *Ἐνδύσασθε τὸν καιρὸν ἀνθρώπων τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα*· καὶ τὸ, *Εἰ τις ἐν Χριστῷ καιρὸν κτίσιν*· καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Μὴ θαυμάσῃ; εἰ μεταφορικῶς καὶ ἐν τῷ, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ*, τὸ ἔκτισεν ἀντὶ τοῦ κατέστησεν ἢ κατέταξεν εἴρηται. Ταῦτα ἐν τῷ τρίτῳ πρὸς Μάρκελλον ὁ Εὐσέβιος. Καὶ ταῦτα δὲ λέξασιν αὐτοῖς Σωκράτης ὑπὲρ αὐτοῦ φησιν· « Εἰ τοίνυν Εὐσέβιος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου μνήμην ποιούμενος, λέγῃ ὅτι μὲν τὰ τότε ἀμφισβητούμενα λέγει, πάντας δὲ ὁμοφωνῆσαι καὶ ὁμοδοξῆσαι· πῶς Ἀρειανίζουσιν τινες αὐτὸν ὑπολαμβάνουσι; Πλανῶνται δὲ Ἀρειαν-

¹ Prov. viii, 22. ² I Petr. II, 13, 14. ³ Amos iv, 15. ⁴ Psal. l, 12. ⁵ Ephes. ii, 15. ⁶ Ephes. iv, 24. ⁷ II Cor. v, 17.

(1) Socr. lib. ii, cap. 20.

νοι φρονεῖν αὐτὸν νομιζόντας τὰ αὐτῶν. Ἄλλ' ἐρεῖ A
 τας ὡς ἐν ταῖς λόγοις αὐτοῦ Ἀρειανίζεῖν δοκεῖ, τῶν
 συνεγῶς λέγειν, διὰ Χριστὸν πρὸς ὃν ἀποκρινοῦ-
 μεθα, ὅτι τῇ λέξει ταύτῃ πολλὰκις καὶ οἱ τῆς
 Ἐκκλησίας ἐχρήσαντο, καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς μνησοῦ-
 σις τὴν οἰκονομίαν τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Σωτή-
 ρος ἡμῶν. Καὶ πρὸ γε ἀπάντων τούτων ὁ Ἀπόστολος
 ταῖς λέξεσι ταύταις ἐχρήσατο, καὶ οὐδέποτε ὡς
 κηκοδοξίας διδάσκαλος ἐνομισθη. Ἐκαὶ αὖθις ἐπι-
 φέρει λέγων· «Ὅθεν γὰρ ἔχουσι δεῖξαι ὅτι Εὐσέβιος
 ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως δίδωσι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, κἀν
 ταῖς τῆς οἰκονομίας λέξεσιν ἐν τοῖς βιβλίοις εὐρί-
 σκωσιν αὐτὸν καταχρώμενον· μάλιστα δὲ καὶ ὅτι
 καὶ θαυμαστῆς καὶ ζηλωτῆς ἐγένετο τῶν Ὀριγέ-
 νου· βιβλίων, ἐν οἷς πανταχοῦ τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ
 Πατρὸς γεννηθέντα εὐρίσκουσιν οἱ τῶν Ὀριγένου· B
 βιβλίων τὸ βῆθος κατανοῆσαι δυνάμενοι.» Τοιαῦτα
 καὶ ἕτερα Σωκράτης παρατιθεῖς, δισχυρίζεται
 τίσσαλές τοῦ δόγματος Εὐσεβίου περιτιθέναι. Ἐγὼ
 δὲ βουλομένη ἂν μάλλον εἶναι τὸν ἄνδρα τοιοῦτον·
 ἢ δὲ καθόλου Ἐκκλησία οὐ τοιοῦτον τάχα ὑπείλη-
 γει· ἢ μάλλον ἐπισθεαί δίκαιον. Εἰ δ' ἐκεῖνος ἐν
 τῷ ἀσφαλεῖ τῆς εὐσεβείας ἐστίν, ὡς οὗτός φησι,
 καὶ ταῦτα Ναυατος ὢν, τῷ τὰ κρύφει ἀκριδῶς
 διεϊδότε Θεῷ ἐατέον. Ταῦτα μὲν οὕτως· οἱ δ' ἐν
 Σαρδικῇ συναθρόντες οὕτω διαπραξίμενοι, ἐπο-
 ρεύοντο ἕκαστος ἐκ' οἴκου. Διεσπᾶτο δὲ τοῦ λοιποῦ
 τῆς ἐφᾶς ἡ δύσις. Οὐκέτι γὰρ ὡς ὁμόφροσιν ἐπιμί-
 γνυντο. Καὶ ὁρος τῆς κοινωρίας, ταῖς μὲν ἐσπερίοις
 μεταξὺ Ἰλλυριῶν καὶ Θρακῶν ἦν, περὶ ὁρος δ' Σού- C
 σακίς κέκληται· περαιτέρω δὲ κοινωρεῖν ἤκιστα
 ἔβηλον, διαφόρου τυγχανούσης τῆς πίστεως. Οἷα
 δὲ φιλεῖ, τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐν διαβολαῖς καὶ δι-
 σχομαῖς ἦσαν. Καὶ μεγάλη ταραχὴ τις καὶ σύγχι-
 σις· τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ ἐπεχωρίαζε. Καὶ γὰρ
 πρότερον εἰ καὶ διάφοροι καθιστήκεισαν, ἀλλ'
 ἐπιμίγνυντο τέως, καὶ οὐ μέγα τὸ δεῖνδον ἐποιοῦν·
 παρακλήσια γὰρ τῷ ἐπιμίγνυσθαι φρονεῖν κατὰ
 Χριστὸν ἐνομιζόντο. Ἐν συντόμῳ δὲ φάναι, ἡ μὲν
 κατὰ δύσιν ἅπαντα Ἐκκλησία, διὰ τῆς πατρὸς
 ἀγομένη θρησκείας, ἐρημος ἐριδος ἦν καὶ τῆς περὶ
 δόγματα τερθρείας ἀπὸ πηλαγμένη, ἀκραιφνῶς τὴν
 ἐν Νικαίᾳ πίστιν διατρανοῦσα· κἀν καὶ τέως Θυρ-
 σάκιος ὁ Παννονίας, καὶ Ἀδξέντιος ὁ Μεδιολάνων
 κείραν προσῆγον διασπᾶν καὶ πρὸς τὴν Ἀρειανί- D
 ζουσαν μεθιστᾶν δόξαν, τοῦ Ῥωμαίων Ὁρόνου καὶ
 τῶν ἐσπερίων ἄλλων ἱερέων ἐργηγορότων, καὶ τὰς
 τῆς ἀπρέσεως ταύτης βλάστας θάπτον ἐξανασπών-
 των· ἢ δὲ ἐφᾶ μετὰ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδον
 ἐστασιασε, καὶ περιφανῶς πρὸς τὴν ἐν Νικαίᾳ διε-
 κρινετο πίστιν. Τὸ δ' ἄληθές, πλὴν ὡς συνάγειν
 ἐνεσσι, τῶν μὲν κλεισίων ἢ γνώμη πρὸς τὴν ἐν
 Νικαίᾳ δόξαν συνέτρεχεν, ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐ-
 σίας· τὸν Υἱὸν εἶναι ὁμολογούντων· τῇ δ' ἐκ φιλο-
 νεκίας ἐριδι κατεχόμενοι, πρὸς τὴν ὁμοουσίαν λέγειν
 ἀκρατῶς διεφύροντο· οἱ μὲν, ὡς τινες εἶπον, ἐξ

quæ tum in controversiam deducta fuerant, atque
 omnes consensu uno eadem sensisse atque dixisse
 referat, quomodo quidam illum Arianisare suspi-
 cantur? Falluntur vero Ariani etiam, qui illum
 cum eis sensisse existimant. Sed dicit aliquis, in
 scriptis ejus Arianum esse cum videri, propterea,
 quod frequenter dicat, Per Christum (1). Cui res-
 pondemus, hac locutione sæpenumero ecclesiasti-
 cos viros usos esse, aliisque, quibus œconomia seu
 munus humanitatis Servatoris nostri significatur.
 Et ante omnes istos Apostolus ipse verba hæc
 usurpavit: et nunquam tamen veluti prævæ opi-
 nionis habitus est doctor. Ac rursus hæc infert:
 « Non enim ostendere poterunt, Eusebium princi-
 pium existentia tribuere Filio Dei, quamvis in
 libris ejus œconomia sive dispensationis humanæ
 verbis abuti eum inveniant. Maxime vero, quod
 admirator et æmulator Origenis librorum fuit, in
 quibus ubique Filium ex Patre genitum esse repe-
 riunt, qui Origenis librorum acumen assequi pos-
 sont.» Hæc et alia Socrates afferens, sinceritatem
 doctrinæ Eusebio ascribere contendit. Ego quidem
 talem potius virum eum fuisse velim: Ecclesia
 autem Catholica non talem fortasse judicat, quam
 potius sequi par est. An vero ille certo in pieta-
 tis sinceritate sit, sicuti iste qui quidem Novatia-
 nus est, dicit, id accurate certoque occulta omnia
 perspicienti Deo relinquendum. Et de his quidem
 satis. Sardicensi vero conventu ita peracto, do-
 mum se quisque recepit. 701 Ac deinceps Occi-
 dens ab Oriente per secessionem divisus est. Non
 amplius enim Occidentales cum Orientalibus, haud
 eadem secum sentientibus, negotii sibi quidquam
 et conjunctionis esse voluere. Et communionis
 finis Occidentalibus fuit inter Illyricum et Thra-
 ciam, circa montem qui Susacis dictus est. Ultra
 eum autem locum propter variantem fidem mi-
 nime inter se invicem communicare voluerunt. Ut
 vero fieri solet, in ecclesiis calumniæ et dissen-
 siones erant. Et ingens turba et confusio Eccle-
 siam catholicam invasit. Antea siquidem, etiamsi
 dissiderent, consuetudine tamen inter se jungē-
 bantur, nec adeo gravem eam rem putabant: et
 consuetudinem ejusmodi eundem de Christo sen-
 sum esse existimabant. Et ut paucis dicam, Eccle-
 sia Occidentalis omnis patriæ insistens religioni,
 contentionis expers, et a studio de dogmatibus
 nugandi aliena fuit, sincere professionem fidei
 Nicænam sonans atque profitens. Quamvis etiam
 Ursicius Pannonius et Auxentius Mediolanen-
 sis conati sunt Ecclesias distrahere, et ad Arianam
 opinionem traducere, efficere tamen id nequi-
 vere, sede Romana et aliis Occidentalibus episco-
 pis vigilantibus, et hæresis ejus surcules illico
 exstirpantibus. Oriens autem post Antiochenum
 concilium seditiones concitavit, et propalam ad-

(1) διὰ Χριστοῦ. Offendiculo olim fuit piis, si Christus simpliciter sine præfatione honoris, et
 illatione divinitatis nominaretur.

versus Nicænam fidem disceptans iudicio contentit : revera tamen, sicuti colligere est, plures sententiam Nicæni dogmatis comprobabant, Filium ex substantia Patris esse constitentes : contentionis vero cupiditate devincti, adversus verbum τοῦ ἁποστολικού, consubstantialis, impotentibus animis pugnabant. Nonnulli quidem, sicuti quidam tradidere, quod jam inde ab initio contra id verbum stetitissent : et quemadmodum ejusmodi homines sacre solent, ne victi esse, si cederent, viderentur, in sententia propterea persistebant, et vocabulum id abolere studebant : probro sibi fore, si opinionem mutarent, arbitrati. Nonnulli autem, quod frequenter de his nugati essent, ita opinari ex animi sententia malebant ; 702 et cum semel ab eo quod decebat excidissent, opinionem suam firmiter retinebant. Erant qui indecorum contentiendi studium secum ipsi perpentes, ad gratiosam declinarent sententiam, vel propter gloriam aut timorem, vel propter vim aut familiaritatem, plerumque etiam propter amicitiam, et fortasse alias ob causas, quibus homines adducti, ut sese res tulit, etiam in his quæ parum decent, gratificantes aliis obsequuntur : denique quod nonnulli libere et palam, quæ ab adversariis objicerentur, redarguere atque refellere non possent. Non pauci vero ejus temporis homines, ineptias prorsus et superfluas nugæ esse existimantes de rebus ejusmodi conflictari, ab illorum consuetudine sejuncti, taciti secum Nicæna decreta complectebantur et colebant.

CAPUT XIV.

De Ægyptiis monachis, Scetiis scilicet et Tabennesiis. Atque inibi de duobus sanctis Macariis. Item de Pambō et Pachomio. Item de Apollonio et de Anubio.

Supra omnes autem qui in Oriente magna cum libertate saniore doctrinam defenderunt, tenacissime Nicæna decreta retinere Paulus Constantinopolitanus, et Athanasius Alexandrinus, episcopi, atque cum iis universus Ægyptiorum monachorum cœtus : quibus præiit Antonius adhuc superstes, quique cum eo erant (plurimi autem erant) in Ægypto et aliis Romani imperii locis ascetæ : quorum multi usque ad Constantii imperium et posteriora etiam tempora duravere : quales fuerunt (Ammonem enim, et Thebæum Paulum omitto) eodem veroque nomine dicti Macarii, hoc est beati : Ægyptius scilicet ille, et cui Urbani cognomen inditum fuit : Paphnutius et Pambō, Anub et Pityrion Serapion et Orsesius et Pachomius Tabennesiotes, Ephraim quoque et Hilarion ; quales etiam circa Illyricum et Thraciam Martinus Sabariæ ortus Pannoniensis, et Hilarius Pictaviensis, homines admirandi : de quibus paulo post suo loco referemus. Multi denique alii aliter spectati viri, eisdem annis viguere, atque in ecclesiis Dei enituere : inter quos præcipue eruditione et eloquentia floruit Eusebius Emesenus episcopus, Titus Bostrensis, 703 Serapion Thmæus, Basilius Ancyranus, Eudoxius Germanicensis, Acacius qui post Eusebium Cæsariæ Palestinæ præfuit, Cyrillus, qui post Maximum Hierosolymitanam administrabat ecclesiam, et Theodoros Perinthius : qui omnes doctrinæ suæ sætus laudæ pœnitendos ecclesiis reliquere. Videtur au-

A ἀρχῆς αὐτῆ ἀντιστάντες, καὶ οἶα δὴ τοῖς τοιοῦτοις φιλεῖ, τὸ μὴ δόξαι ἠτᾶσθαι τῆς γνώμης εἶχοντο. περιελεῖν τὴν λέξιν σπουδάζοντες, καὶ αἰσχύνῃ ἐνόμιζον τὴν μετᾶσθαι ἦσαν δ' οἱ καὶ ἐκ τοῦ πυκνῶς περὶ ταῦτα ἐρεσχελεῖν, καὶ ταῖς ἀληθείαις ὧδε δοξάζειν ἤρουοντο· καὶ καθάπαξ τοῦ δέοντος ἐκτραπέντες, ἀμεταθέτως εἶχον. Ἄλλοι δὲ τὸ μὴ δέον τῆς φιλονεικίου γνώμης σταθμώμενοι, πρὸς τὸ κεχαρισμένον τῶν δοξαζόντων ὑπέκλινον, ἢ διὰ δόξαν τε καὶ δόξος, ἢ δύναμιν, ἢ καὶ δι' οἰκειότητα καὶ φιλίαν πολλὰκις· τάχα δὲ καὶ δι' ἄλλας αἰτίας, ὅψ' ὧν προάγονται ἄνθρωποι ὡς ἔτυχε τὰ μὴ δέοντα χαριζόμενοι, καὶ τῷ μὴ διὰ παρρησίας ἔχειν ἴσως ἐξελέγγων τὸ προσιστάμενον. Πολλοὶ δὲ τῶν τότε λῆρον ἀντικρυς καὶ περιεττῆν φουαρίαν ἤγούμενοι τὸ περὶ τὰ τοιαῦτα προστρίβασθαι, καθ' ἑαυτοῦς ἦσαν ἡσύχψ γνώμη, τὸ δόξαν ἐν Νικαίᾳ στέργοντες καὶ τιμῶντες.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Περὶ τῶν Αἰγυπτίων μοναχῶν, ἤγοντ' ὧν Σχητιωτῶν καὶ Ταβεννησιωτῶν· ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν ἀγίων δύο Μακαρίων. Παμβῶ τε καὶ Παχωμίου· Ἀπολλωνίου τε καὶ Ἀνουβίου.

C Πάντων δ' ἐπέκεινα τῶν ἐν τῇ Ἐφ' πεπαρρησιασμένῳ λόγῳ ἀπρὶξ τῶν ἐν Νικαίᾳ δοξαζόντων εἶχοντο Παῦλος ὁ Κωνσταντινουπόλεως καὶ Ἀθανάσιος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, καὶ σὺν αὐτῷ τὸ κατ' Αἴγυπτον σύμπαν μοναχικόν· ὧν καθηγεῖτο Ἀντώνιος περιῶν ἐτι, καὶ ἴσοι αὐτῷ συνεγένοντο· πλείστοι δὲ ἦσαν ἀνά τε τὴν Αἴγυπτον καὶ ἀλλοχοῦ τῆς Ῥωμαίων ἀρχομένης· οἱ πολλοὶ ἀνά τε τὴν παρούσαν ἡγεμονίαν ἐγένοντο, καὶ εἰς τὸν μετέπειτα παρήμενον χρόνον. Ἐὼ γὰρ Ἀμουῦν καὶ Ἀντώνιον καὶ τὸν Θῆθηθεν Παῦλον· καὶ οἷοιπερ ἦσαν οἱ ἐπώνυμος ἐκεῖνοι Μακάριοι ἄνδρες, δ' ἑ Αἰγύπτιος καὶ ᾧ Πολιτικὸς ἐπώνυμον ἦν· Παφνούτιος τε καὶ Παμβῶ, Ἀνουβίου τε καὶ Πιτυρίων. Σερραπίων τε καὶ Ὀρσήμιος, καὶ ὁ Ταβεννησιώτης Παχώμιος, Ἐφραῖμ τε καὶ Ἰλάριον, καὶ οἱ περὶ Θράκη καὶ Ἰλλυρίδα, Μιχρίτιος ὁ ἀπὸ Σαβωρίας τῆς Παννονίας, καὶ Ἰάριος ὁ Πικτάδων, ἄνδρες θεσπέσιοι, περὶ ὧν μικρὸν ὑστερον κατὰ χώραν ἐρῶ. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλως ἐλιθόγμοι ἄνδρες τοῖς αὐτοῖς συνήκμασαν ἔτσι, ταῖς ἐκκλησίαις· Θεοῦ διαπρόνοτες· ὧν περὶ λόγων εἰδῆσιν τῶν ἄλλων διαφέροντες ἦσαν Εὐσέβιος ὁ τῆν Ἐμεσσηνῶν ἱερατικῶς διεθύνων, Τίτος ὁ Βόστρων, Σερραπίων ὁ Θμουαῖος, Βασίλειος ὁ Ἀγχυρανθῆς, Εὐδόξιος ὁ Γερμανικίας, Ἀκάκιος ὁ μετὰ Εὐσέβιον τῆς ἐν Παλαιστίνῃ ἡγήσασθαι Καισαρίας, καὶ Κύριλλος ὁ τῶν τῶν Ἱεροσολύμων θρόνον μετὰ Μάξιμον οἰακίζων, καὶ Θεόδωρος ὁ Περινθῖος· οἱ δὲ πάντες ἔχοντα

τῆς αὐτῶν παιδείας λόγου πολλοῦ ἀξία ταῖς ἐκκλη-
 σιαῖς καταλελοίπασιν. Ἐφκει δὲ πάντας τούτω τῷ
 μέρει παρευδοκίμειν, καὶ τὴν καθόλου Ἐκκλησίαν
 σεμνύνειν, Ἐφραίμ ὁ Σύρος. Τηνικαῦτα δ' ἤκμαζε
 καὶ Δουκίφωρ καὶ Δίδυμος, καὶ Ἀέτιος, ἐλλόγιμοι
 μὲν διαφερόντως, τῇ δὲ ἀληθείᾳ μάλα μαχόμενοι.
 Ὡς ἐπίπαν δὲ φάναι, οἱ τηνικαῖοι τῶν ἐκκλησιῶν
 ἡγεμόνες πλείστης ἀκριβείας κατὰ βίον ἐξείχοντο·
 ὅφ' ὧν τὰ πλῆθη καλῶς ποιμαινόμενα, τοῦ κατὰ
 Χριστὸν σεβάσματος εἶχοντο, καὶ καθ' ἑκάστην
 αὔξησιν ἢ πίστιν ἐλάμβανεν. Ἡρέμα γὰρ ἡ Ἐκκλη-
 σία τῇ ἐνοῦσῃ ἀρετῇ καὶ τῇ λαμπρότητι τῶν ἀγα-
 θῶν πράξεων, ὅφ' ὧν τεράστια καὶ θεοσημεῖαι
 ἐγίνοντο, παρά τε ἱερῶν ἀνδρῶν, καὶ ἄλλως ἐκ-
 κλησιαστικῶν, ἐπὶ μέγα δόξης προήγετο· καὶ ἡ
 Β Ἐκκλησιῶν ἑρησικεῖα διεσπλάτο, κάκ τῆς
 μοθηρᾶς τερθρείας πρὸς τὴν ἀληθινὴν πίστιν
 μετέβηκεν. Ἐπεὶ δὲ τῶν ὁσίων τούτων ἐμνήσθη
 ἀνθρώπων, δεῖν οἶμαι τῶς τούτω τῷ λόγῳ ἐπιδραμεῖν,
 καὶ ὅσοι δὴ ἄλλοι περιφανεῖς ἄνδρες τηνικαῦτ'
 ἀμάρσαντες κλέος ἔσχον. Καὶ προκεισθώσαν οἱ ἀοί-
 διμοι τῆς Σχῆσεως ἡγεμόνες καὶ τῶν ἐκείσε ὑρέων
 κατέστησαν. Μακάριοι δὲ ἀμφοτέροις ἦν ὄνομα·
 ὧν ὁ μὲν Αἰγύπτου ὄρματο ἄτερος δ' Ἀσὶς ὠνο-
 μάζετο· τὴν γὰρ Ἀλεξάνδρου εἶχε πατρίδα. Θεοὶ
 δὲ ἄνδρες καὶ ἀμφὺ ἐγένοντο. Θαυμάσιοι δὲ καὶ τὸ
 φιλοσοφεῖν ἦσαν, καὶ οὐκ ἀμοιροῦντες θείας προ-
 γώσεως· δεξιοὶ δὲ καὶ δαίμονα· ἀπειλῶν τεραστίων
 δὲ καὶ ἱαμάτων πρόχοι αὐτοῦργοι. Ὁ ἄτερος
 ὁ Αἰγύπτου καὶ νεκρῶν ἀνίστα, ὡς ἂν γέ τινα
 ὄνυματος· ἀλλοτρίου πεῖσοι πιστεύειν νεκροὺς ἀν-
 ἴστασθαι. Πέρα δὲ τῶν ἑ' παρελάσαι λόγος ἐκείνων
 ἐδὲ ζῆν. Ἐν τὰ ὑπὲρ ἡμισυ τῇ ἐν ἐρήμῳ ἐπόσει
 διατρεβῆ· μάλα δὲ καὶ εἰ νέος ὧν τῇ φιλοσοφίᾳ
 διεπρεπεν, ὅθεν καὶ Παιδαριολογῶν τὸ ἐπώνυμον
 ἔσχε, καὶ τὸν τοῦ πρεσβυτέρου δὲ βαθμῶν ἔβαινε,
 τεσσαρακοντούτης γενόμενος. Ὁ δὲ Πολιτικὸς ἐν
 ἐλάττω χρόνῳ τὸ ἴσον τῆς ἀξίας εὗρατο· ἀπάσης
 δ' ἀσκήσεως τὴν πείραν εἰς ἄκρον εἰληψε. Τὰ μὲν
 γὰρ αὐτὸς εὗρισκε, τὰ δ' ἀκούσις, παντὶ τρόπῳ
 καταρθοῦν ἐπειράτο. Ἐς τοσοῦτον δ' ἦν συντετη-
 γμένος τε καὶ κατεσκληρῶς, ὡς μηδ' ἐνεῖναι τρέφας
 φύειν ἰὼν πώγωνα. Ἦν δ' ὁ μὲν Αἰγύπτιος μετὰ
 τοῦ εὐλαβοῦς αὐστηρῶ· ἄτερος δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς
 παραπλήσιοι· ἐφ' ἅπασιν τῷ Αἰγύπτῳ ὧν, ἐν τούτῳ
 Δ παρήλλαττεν, ὅτι περ ἰλαρὸς τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἦν.
 καὶ τῷ χαριεντίζεσθαι τοὺς νέους ἤγε πρὸς ἀσκη-
 σιν. Τούτων Εὐάγριος ἐγένετο μαθητὴς· καὶ τὴν
 δι' ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο, πρότερον λόγῳ
 μόνῳ φιλοσοφῶν, χρόνῳ δ' ἐκείνῳ κατὰ τὸν αὐτὸν
 χρόνον συνεφιλοσόφουν αὐτοῖς Παμβῶ τε ὁ διαδόχ-
 ος, καὶ ὁ ἰσαγγέλον εἶπερ τις πολιτεῖαν ἀσκήσας
 Παῖσιος, Ἡρακλειδῆς τε καὶ Κρόνιος, Παφνούτιος

A tam omnes hæc in parte gloria præcellere, atque
 Ecclesiam universalem exornare Ephraim Syrus.
 Tum quoque exstiterê Lucifer, Didymus, Aetius,
 admodum quidem illi eximii viri, sed adversus
 veritatem plurimum etiam pugnarunt. Atque ut
 summam dicam, præfecti ea tempestate ecclesia-
 rum exactissimis vitæ institutis dediti erant, a
 quibus plebes rite gubernata, Christi religionem
 constanter coluit, et indies fides est, adaucta, atque
 Ecclesia sensim pro insita et virtute atque honorum
 operum splendore, et quod a sacris aliisque eccle-
 siasticis viris prodigia divinaque miracula siebant,
 ad ingentem gloriam pervenit: Græcorum autem
 superstitio pessum iit, et ab improbis nugis ad
 veram fidem transit. Et quoniam sanctorum isto-
 rum virorum facta esse mentio, faciendum esse
 duxi, ut breviter eos, et si qui insuper eo tempore
 illustres homines cum laude florere, oratione
 persequar. Ac primo loco per celebres illi comme-
 morentur viri, qui Scetis montiumque ejus duces
 fuere. Utrique nomen erat Macario: quorum alter
 in Ægypto ortus erat, alter Alexandriam patriam
 habuit, et cognomen Urbani: ambo certe divini
 prorsus viri, atque in monastica philosophia ad-
 mirandi, divinarum prædictionum non expertes,
 dæmonum industrii expulsores, et prodigiorum san-
 nationumque prompti et expediti auctores. Horum
 alter, Ægyptius scilicet, mortuum quoque excitavit:
 ut quemdam alieni dogmatis sectatorem, ad cre-
 dendum mortuos resurgere, persuasione ea addu-
 ceret. Hic ultra nonaginta annos vixisse perhibe-
 tur, quorum plus quam dimidiam partem in vita
 solitaria transegit. Et adolescens admodum sapien-
 tiæ studiis excelluit: et ob id Παιδαριολογῶν, quasi
 pueram senilem dicas, cognomen obtinuit. Pres-
 byteri dignitatem quadragenarius suscepit. Urbanus
 vero breviori tempore ad eandem pervenit **704**
 dignitatem. Exercitia pietatis omnia ad summum
 excoluit, quæ partim ipse invenit, partim ex aliis
 audita modis omnibus absolvere est conatus. Adeo
 autem extenuatus et macie confectus fuit, ut non
 esset unde pili barbæ excrescerent. Et Ægyptius,
 cum reverentia quadam austerus: Alexandrinus
 autem cum in aliis omnibus par Ægyptio esset,
 in hoc tantum ab illo variavit, quod in colloquiis
 hilaris et jucundus, urbanis salibus utens, juvenes
 ad studium et exercitationem pietatis adduceret.
 Horum discipulus fuit Evagrius, apud quos philo-
 sophiæ sanctioris præcepta factis exprimere didi-
 cit, cum antea verbis solis sapientiæ studium pro-
 fessus fuisset. Eodem vero tempore, et eisdem in
 locis, cum illis philosophati sunt, decantatus ille
 Pambo (1): atque qui angelicam prorsus, si quis

(1) Pambo cum illitteratus esset, doctorem Psalmos exponentem adiiit: et cum primum versum Psalm. xxxviii (*Dixi, Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea*) audisset, discessit, sufficere sibi iniquiens versum istum, ut illum factis exprimere addisceret. Doctor cum eo expostulavit, quod eum ab eo tempore totis sex mensibus

non vidisset. At Pambo respondens: Quod nondum re ipsa versum primum asserecisset, se excusavit. Multi intercessere anni: et amico cui dam roganti, num versum eum addidicisset? Vix tandem, ait, decem et novem annis, factis ipsis eum addidici. Eidem auri certum numerum quidam in pauperum alimenta dedit, et, Numeram quod

alius, et ipse exercuit vitam Paesius (1): item Heraclides Cronius, Paphnutius, Putubastes, Arsesius, et magnus Serapion. Præterea Pityrion ille, qui tamen alibi, apud Athenas videlicet, asceterium, seu excercendæ religiose pietatis domicilium habuit. Insuper ingens quoque ille Pachomius, qui dux et auctor vitæ Tabennesiotarum fuisse dicitur. Nova autem quædam illis est vitæ ratio, in quibusdam rebus a reliquis monachis evarians. Animum enim assuefacit ad virtutem aspirare, et terrena proculcare et sursum respicere semper: ut facile deinceps sit pulverem hunc deponentibus, in cælestem pervenire regionem. Siquidem indumentam illis erat melota seu pellis ovilla: symbolum atque monumentum, ut opinor, generosæ et fortis illius Helix Theabytæ, rei Veneræ et concupiscentiæ macerationis atque mortificationis, ut æmulatione et ardore ejusdem cum illo spei ad continentiam et castitatem strenue grassarentur. Cæterum reliquorum quoque Ægyptiorum monachorum amictus, ut opinio fert, ad exemplum aliquod et specimen arcanioris philosophiæ spectat. Non enim illi temere a communi habitu vestitum suum mutavere. Amiculum namque manicis carens, indicium atque institutionem esse arbitror, ne manus ad injuriam inferendam faciles sint, et promptæ. Capitis vero tegmen acuminatum, ut simplices sint, et injurias non vindicent, pureque et innocenter vivant: lactentium puerorum instar, quorum capita ejusmodi lineis mitris operiri solent, quæ partem rationis principatum imperiumque obtinentem tegunt atque fovent. **705** Zona porro, et quæ humeros et brachia comprimit cinetura, promptam alacritatem in ministerio Dei subobscurè indicat: ut quæ adimplere jussi sunt, succincti perficiant. Fortasse autem alii alias reddiderint rationes monasticæ philosophiæ appositæ: mihi hæc dixisse sat est. De Pachomio vero dicitur, cum primum in antro quodam constanter philosophiæ huic incumbent, ei angelum cœlitus assistentem mandasse, ut novum monachorum cœtum cogeret. Oportere namque eum qui rite veriolem irreprensibili vita repræsentaret philosophiam, ducem multorum, quibus prodesse posset, fieri, eosque certis instituere legibus. His ille dictis, tabulam ei dedit, et seipsum, ut stola indutus fuerat, exhibuit. Quæ sane tabula ad hodiernum usque diem servatur. In eo scripto, leges præscribens more, expositum erat, permitti debere unicuique, ut quantum posset et vellet, ederet, biberet, operaretur: atque itidem ut pro arbitrio suo jejunaret, aut non jejunaret. Et ut validius cibum capientibus, duriores labores: qui vero parcius alimentis uterentur, et ad pietatis

datum est, inquit. Tum ille: Numero hæc in re opus non est, sed animi affectione pia et benigna. (Soer. lib. iv, cap. 25.) Idem Pambo ab Athanasio episcopo evocatus, ex eremo Alexandriam venit. Ibi scenica gesticulatrice visa, proluxe illacrymavit: et amicis fletus causam inquirentibus, duplicem

τε και Πουτουδάστης και Ἀρσείσιος, και ὁ πολὺς Σεραπίων· πρὸς δὲ Τιτουρίων ἐκείνος, ὃς ἀλλαχοῦ, παρ' Ἀθηναίους δηλαδὴ, τὸ ἀσκητήριον εἶχε· και ὁ πολὺς ἐκείνος Παχώμιος, ὃν κατάρξει και ἠγήσασθαι τῆς τῶν Ταβεννησιωτῶν διαίτης και πολιτείας λόγος. Καινή δὲ τις ἦν ἐκείνοις ἡ πολιτεία ἐν τισὶ παραλλάτουσα τῶν λοιπῶν μοναχῶν· ψυχῇ μέντοι ἔθος ἐνεῖσα πρὸς ἀρετὴν αἰρεσθαι, και τὰ περὶ γῆν ἐν δευτέρῳ ποιεῖν, ἄνω δὲ βλέπειν αἰετῶς· ὡς ἐν γ' ἐν βρασιῶν εἴη πρὸς τὸν οὐράνιον ἀφορᾶν· χιῶρον, κάτω που τιθεμένοις τὸν χοῦν. Μηλωτὴ γὰρ ἦν ἐκείνοις· τὸ ἐνδυμα· σύμβολον οἶμαι τῆς τοῦ Θεοσβίτου γενναίας πρὸς τὰ ἀφροδίσια και τὰς ἐπιθυμίας συντήξεως και νεκρώσεως· ἴσως δὲ και ζήλω τῶν Ἰσων ἐκείνῳ ἐλπίδων, πρὸς τὸ σωφρονεῖν ἐν οἴκῳ χωρεῖν. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ και τὰ τῶν ἐτέρων ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν περιβλήματα λόγος ἔχει πρὸς τι φιλοσοφίας ὑπόδειγμα ἀφορᾶν· μηδὲ γὰρ ἀνύτως, ὡς ἔτυχε, τῆς τῶν πολλῶν ἀναβολῆς παραλλάσσειν. Τὸ μὲν γὰρ ἀχειρίδωτον ἐνδυμα οἶμαι που παιδεύμα εἶναι μὴ τὰς χεῖρας βραχίονας ἔχειν πρὸς ὄβριον· τὸ δὲ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα εἰς ὄψιν λήγον, ὡστ' ἀπολοῦς εἶναι και μὴ ἀμύνεσθαι, καθαρῶς δὲ και ἀκεραίως βιωῦν, ἐπίσης τοῖς γάλακτι τρεφομένοις παισίν, οἷς φίλον τοιαύταις ἐξ ὀδόνης τίτρας καλύπτεσθαι, αἷ τὸ ἡγεμονικὸν σκέπουσι τε ἄμα και περιθάλλουσι. Ἡ δὲ ζώνη και ὁ τοῦς ὠμοῦς διατρέχων ἀναβολὴς και βραχιονας τὸ εἰσὶνον εἰς διακονίαν Θεοῦ ὑπαινίσσεται, και ὡν παρακελεύεται τὴν ἐκπλήρωσιν, εὐζώνως τελεῖν. ἴσως δ' ἀν και ἄλλοι ἄλλους ἀποδοῖεν λόγους προσήκοντας τῷ φιλοσοφεῖν· ἐμοὶ δ' ἀπόχρη τοσοῦτον εἰπεῖν. Περὶ δὲ Παχωμίου, λόγος ἄνθρωπον τινὶ πρῶτον προσκαρτερεῖν, σχολάζοντα τῷ φιλοσοφεῖν· ἄγγελον δ' οὐρανῶθεν ἐπιστάνατα, νεολαίαν ἀθρώσει παρακελεύεσθαι μοναχεῖν, και συνεῖναι αὐτοῖς. Δεῖ σε γὰρ, φησὶ, καλῶς τὴν ἀληθῆ καταρωθεκότα φιλοσοφίαν, καθηγεμόνα πολλῶν γενέσθαι, δυνατόνον ὡφελεῖν, και τοιοῦδα νόμοις ἄγειν αὐτούς. Ταῦτα λέγων, δέκτον αὐτῷ ἐνεχεῖριζε, και ἐαυτὸν παρεδείκνυ ὡς εἶχε στολής· ἃ δὴ και ἐς δεῦρο φυλάττεται. Ἐνήσαν δὲ τῇ γραφῇ ὡς ἐν προστάξει, ἀνεῖσθαι παντὶ φραγεῖν και πιεῖν και ἐργάζεσθαι, ὡ· ἐκάστῳ δύναιμις ἐστι και προαίρεσις. Ἄμα αὐτῶς

D δὲ και νηστεύειν και μὴ· και τοῖς μὲν πολὺ και βρωμαλέως ἐσθίουσι τὰ βαρύτερα ἐπιτρέπαι τῶν ἔργων· ὅσα δὲ κοῦφα και ῥάδια, τοῖς ἥττον τροφῇ χρωμένοις, και πρὸς ἀσκήσιν διεγχευμένοις. Οἰκίας δὲ σεμνὰς περικύκλω εἶναι αὐτοῖς· ἐφ' ἐκάστη δὲ τρεῖς καταμέναι. Τὴν γὰρ μὴν τροφὴν ὑπὸ ἕνα οἶκον ἐπιμήκη αὐτοῖς γίνεσθαι διετάττετο, και ἐν βαθεῖ σιωπῆς καθημένους ἐσθίειν, καλυπτομένους τὰ πρόσωπα, ὡς μήτε ἀλλήλους ὄραν, μηδ' ἄλλοι τε

esse respondit: alteram, mulierculæ ipsius exitium: alteram, quod ipse non tantum studii in hoc impenderet ut Deo placeret, quantum illa ut hominibus fœdis placeret. (Idem, *ibid.*)

(*) Hunc Sozom. non habet lib. iii, cap. 14.

πλην τῆς τραπέζης καὶ τῶν παρατιθεμένων. Ἄλλο- **A** exercitium incitatiores essent (1), leves atque
 σχῆμα δὲ μὴ τῆς αὐτῆς κοινῶν τραπεζῆς, εἰ
 μή ποῦ τις παροδεύων ἐπιξενωθείη. Συμβόλοις δέ
 τισι κτυπούμενοις τὸ πρὸς χρεῖαν διασημαίνειν·
 ἢ νεύμασι ταῖς τραπέζαις, παρ' ᾧ λάχοι, ἐπιστα-
 τεῖν. Εἰ δὲ τις ἐκείνοις ἔλοιτο συνοικεῖν, ἐπὶ τρισὶν
 ἐνιαυτοῖς πρότερον, μικρὸν ἠλλοιωμένος τὸ σχῆμα,
 τὰ τῶν ἔργων ἐργώδη διαπονεῖν· καὶ οὕτως τῶν
 ἰσῶν μετέχειν μυσταγωγούμενος. Ἰμάτιον δ' εἶναι
 αὐτῷ διφθέραν· καὶ ἐξ ἐρίου τιάραν τῆ κεφαλῆς
 σείπασμα· ἃς δὴ τιάρας καταστίχτους εἶναι πορ-
 φυροῖς τισι προσέταται νήμασι, κέντρα τινὰ σταυ-
 ροῦ σχῆμα διατυπούντα. Τοῖς δὲ χιτῶνας εἶναι
 λινοῦς, καὶ τὰς ζώνας· ἐπίσης· μεθ' ὧν σὺν ταῖς
 διφθέραις καθημένους οικοδομητοῖς ἐν θρόνοις,
 ὑπὸ μετρίῳ χρῆσθαι· κύκλω δὲ πεφράχθαι τὸ ο- **B**
 κοδόμημα, ὡσθ' ἐκάστῳ τὴν στρωμνὴν συνέχειν. Τῆ
 δὲ πρώτῃ καὶ κυριωτέρῳ τῶν ἡμερῶν, πρὸς κοι-
 νωνίαν τῶν θείων μυστηρίων ἰόντας, λύειν μὲν τὰς
 ζώνας καὶ τὰς διφθέρας ἀποτίθασθαι· δωδεκάκις
 δὲ τῆς ἡμέρας ἕκαστον εὐχὰς ποιεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ
 πρὸς ἑσπέραν· ἐπίσης δὲ καὶ νυκτός· τῆ δ' ἐνάτῃ
 ὥρᾳ τρίτον· καὶ ὀπηνίκα δεῖο τροφῆς μετασχεῖν,
 ἐφ' ἐκάστης εὐχῆς τὸν ψαλμὸν προηγεῖσθαι. Κατὰ
 δὲ μίμνηται τῶν Ἑλληνικῶν στοιχείων, εἰς κ' τάγα-
 ματα ἄπασαν διελεῖν τὴν συνοικίαν. Ἐφαρμόσαι
 δ' ἐκάστῳ ἀνήκουσαν τὴν προσηγορίαν, ὡς γνόμη
 καὶ βίος καὶ ἦθος ἦν· οἷον τοὺς μὲν ἀπλουτέρους
 ἰώτα ἐκάλει, ζ δὲ καὶ ξ, ὅσοι σχολιοὶ ἦσαν καὶ
 μὴ εὐθεῖς· καὶ τοὺς ἄλλους ἄλλως, κατὰ τὴν ἐκά- **C**
 στου προαίρεσιν καὶ τὸ σχῆμα τοῦ γράμματος,
 εὐστοχον τὴν ὀνομασίαν τιθεῖς. Τοιούτοις δὲ τισι
 νόμοις Παχώμιος τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἦγε, φιλόανθρω-
 πος μάλιστα καὶ θεοφιλῆς γενόμενος· καὶ ἐπὶ τόσον
 ἐλάσαι, ὡς μηδὲ τὴν τῶν ἐσομένων πρόγνωσιν
 ἀγνοεῖν ταύτην δ' εἰδέναι διαφερόντως αἰετὸ ἀγγέ-
 λους διομιλούμενον. Ἐν Θεβαδίᾳ δὲ τὸ τῆς φιλοσο-
 φίας· ἐργαστήριον εἶχεν ἐν τινὶ νήσῳ, ἢ Ταβέννη
 ὀνόμαστο· ἐξ ἧς Ταβεννησιῶται ἐς δεῦρο δὴ ὀνομά-
 ζονται· οἱ δὲ τῷ χρόνῳ καὶ εἰς πολλὴν τινα προ-
 ῆλθον ἐπίδοσιν, ὡς καὶ εἰς ἐπτακισχιλίους, καὶ
 περιούζους μάλα γενέσθαι τῆ τῶν εἰρημένων νόμων
 ἀκριβεῖ πολιταίᾳ. Ἐνδον γὰρ Ταβέννης, μεθ' ὧν
 ἦν καὶ Παχώμιος, λόγος ἄμφω χιλίους καὶ τριακο- **C**
 σίους εἶναι. Οἱ δ' ἄλλοι κατὰ Θεβαδίαν καὶ τὴν
 ἄλλην Αἴγυπτον ἔρχον· ὧν ἀπάντων μία ἦν ἡ
 ἀγωγή καὶ ἡ διαίτα, καὶ κοινὰ πάντα πάντων ἐτύγ-
 χανον, οἳ τινὰ μητροπόλιν τὴν νῆσον ἠγούμενοι,
 καὶ κατέρας τοὺς ἐκεῖσε ἡγεμονεύοντας· ἀφ' ὧν
 καὶ ἀρχόντες ἐφ' ἐκάστη συνοικίᾳ οἱ τῶν ἐθνῶν
 καθιεστήκεισαν ζηλωταὶ διεπέμποντο. Καὶ περὶ μὲν
 Παχώμιου τσαῦτα. Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ καὶ Ἀπολ-
 λώνιος ἐπὶ τῆ κατὰ Θεὸν φιλοσοφίᾳ πολὺν τὸν
 ἔρωτα σχῶν, διακρέπων ἦν. Ὁς ἔπει πεντακαίδε-
 κατῷ τῆς ἡλικίας ἐπαρξάμενος ἐν ἱερμῇ φιλοσο-
 φεῖν, ἐπεὶ τεσσαρακοστοῦ ἐπέβη ἐνιαυτοῦ, θεία

(1) Ascetæ cuiusdam scite dictum est, Monachum, nisi opus faciat, avaro homini esse persimilem.

dus communia omnia inter se habentium. Insulam A ipsam quasi metropolim quamdam esse putabant : et qui ibi rebus præerant, patres. Ex quibus quocumque, qui instituti ejus æmulatores erant, cœtui cuique et domicilio præfectos suos accersentes accipiebant. Hæc de Pachomio. Eadem vero ætate et Apollonius ingenti erga divinam philosophiam amore flagrans possedit : qui quindecimo ætatis anno solitariæ philosophiæ initiatus sacris, quadragenarius divinæ obsequens visioni in publicum ad loca hominibus habitata rursus prodiit, atque in Thebaide tuguriolum sibi condidit. **707** Et cum in primis Dei esset amatissimus, admiranda edidit opera : nihilque rerum omisit omnium, quin in eis præcipue excelleret, quæcunque ad id genus philosophiæ pertinent. Moribus fuit optimis, et in pietate prolixè docenda magna gratia. In precationibus adeo habuit benignum et propitium Deum, ut ab eo orans nihil non exoraret. Et pro sapientia sua ea prorsus petebat, quæ facile Deus tribuere solet. Floruit tum quoque Anub ille, quem post confessionem pro Christo in persecutione obitam, ferunt nunquam postea mendacium dixisse, neque quidquam terrenæ rei concupivisse : quæ vero a Deo orasset, omnia obtinuisse : angeloque divino adeo institutore usum, pietatis virtute exercenda ad summum usque pervenisse. Sed enim de Ægyptiis monachis hæc satis est dixisse.

CAPUT XV.

De Palæstinæ et Syriæ monachis.

Inde vero etiam Palæstina edocta, eandem philosophandi rationem complecti cœpit. In qua primus floruit Hilarion : cui patria fuit vicus nomine Thebasa (1), qui non minus quam quindecim stadis Gaza abest, austrum versus ad torrentem situs, qui mare influens vernaculum a vico ipso accepit nomen. Cum autem Alexandrinas frequentaret scholas, Antonii fama quæ tum increbuerat audita, videndi ejus gratia solitudinem petiit : et aliquantulum cum eo moratus, idem vitæ institutum sequi constituit. Quod vero ad Antonium quotidie multi ventitarent, voti compos fieri non potuit. Itaque in patriam reversus, cum parentes ejus e vita hac migrassent, multa substantia sua omni fratribus et egenis distributa, nihil sibi ex ea reliquum fecit. **708** Et mox deinde in loco quodam maritimo, viginti stadiis a vico distante, tugurium e latere sibi extruxit, congerie fracturum testarum tectum. Cujus tanta fuit latitudo, longitudo et altitudo, ut stantem eum caput inclinare, recumbere autem volentem pedes ad seipsum contrahere necessario oporteret. Hic rebus omnibus per assuetudinem, promptam sibi et facilem faciebat ærumnam. Atque in moderatione et temperantia egregie elaborans, nullum prorsus ex factis suis concepit fastum, cum quidem ea in se superiorem haberet neminem. Corporis autem voluptates et animæ blanditias edomans, cum inedia, siti, frigore, et æstu strenue conflictabatur. Moribus integris præditus fuit, sermone humanus et placidus : et quæcunque sacrorum oraculorum didicisset, accurate memoria tenebat. Tantopere

(1) *Thabatha, Sozom.*

ὄφει πειθόμενος, τὴν οἰκουμένην αὐθις κατέλαβε· καὶ κατὰ Θηβαῖδα τὴν μάνδραν ἐπέζητο. Θεοφιλῆς δὲ τὰ μάλιστα γεγωνὸς παραδέξων αὐτουργὸς ἦν. Πράξῃς δὲ οὐδὲν ἠλλείπων, ὅσα εἰς τὴν τοιάνδε φιλοσοφίαν ἀνήκει, διαφερόντως εἶχεν· ἀγαθὸς εὖ μάλα τὸ ἦθος ὢν, καὶ σὺν χάριτι ἀφθονον τὸ τῆς διδασκαλίας νῆμα προχέων· καταπειθὲς δ' οὕτως ἔχειν τοῖς αἰτουμένοις τὸ θεῖον, ὡς μηδὲν αἰτουμένῳ ἀνήνυτον εἶναι. Πάντως δ' ἐκεῖνα ἤγει, σοφὸς ὢν, οἷς χαλεπὴν διδόναι ἐκ τοῦ βῆπτου τὸ θεῖον ἔχει πρὸς φύσεως. Ἠκμαζε δὲ καὶ Ἀνουβ ἐκεῖνος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ· δι' λόγους μετὰ τὴν ἐν διωγμοῖς ὁμολογίαν ὑπὲρ Χριστοῦ, μήποτε ψεύσασθαι· ἀλλ' οὐδέ τις τῶν προσγεῖων εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθειν. Ὡν δὲ πρὸς Θεοῦ δεξιῇ, μηδενὸς ἀστοχῆσαι· θεῖον δ' ἀγγέλω καθηγῆται χρησάμενον, ὅσον ἦν ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἀσκηταί. Ἄλλὰ περὶ μὲν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν ἀπόχρη τὰς αὐτὰ εἰπεῖν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ καὶ Συρίᾳ μοναχῶν.

Ἐκεῖθεν δὲ καὶ Παλαιστίνῃ ὁδηγηθεῖσα, τὰ ἴσα φιλοσοφεῖν ἤρξατο· ἐν ἧ πρώτῳ ἠνθῆσεν Ἰλαρίων· ὃς πατρὶς μὲν ἦν κώμη Θηβαῶν ὄνομα, οὐκ ἔλαττον ἢ εἰς σταδίους ἀπέχουσα Γάζης, πρὸς νότον κειμένη ἄπαρα τὸν χειμαρρὸν, ὃς ἐπὶ θάλασσαν βέων, ἐπιχώριον ἀπὸ τῆς κώμης εἰληφεν ὄνομα· τοῖς δ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φοιτήσας διδασκαλείους, τῆς Ἀντωνίου ἀκοῆς διαβλαμμένης, κατὰ θέαν ἐκεῖνον εἰς τὴν ἔρημον ἦγε· καὶ ἐπ' ὀλίγον διατρέψας ἐκεῖνον, τὰ ἴσα φιλοσοφεῖν αἰρεῖται. Πολλῶν δ' ἐς Ἀντώνιον καθ' ἐκάστην ἰόντων, ἤρμεν οὐκ εἶχε κατὰ σκοπόν. Τὴν πατρίδα δὲ καταλαβὼν, ἐκαὶ καὶ οἱ γονεῖς αὐτοῦ τὸν τῆδε βίον ἀπέλιπον, τοῖς ἀδελφοῖς καὶ τοῖς ἐνδεδίει τὴν πολλὴν περιουσίαν ἐσκόρπισε, μηδὲν τι τὸ σύνολον καταλιπὼν ἑαυτῷ. Καὶ λοιπὸν ἐν τινὶ τόπῳ πρὸς θάλασσαν εικοσι σταδίους τῆς κώμης διέχοντι καλύθη ἐκ πλίνθων ἐπήνυτο, φορυτῶν κεράμων κατεαγῶτων κεκαλυμμένην. Τόσον δ' ἦν ἐκεῖνη εὐρους καὶ μήκους καὶ ὕψους, ὡς δεῖσαν ἐστάναι, κύπτειν τὴν κεφαλὴν· πεσεῖν δ' ἐπάναγκες ὄν, τοῦ· πόδας συνιζάνειν πρὸς ἐκυτόν. Πᾶς γὰρ τρόπος ἐθιμον ἐπολεῖ αὐτῷ τὴν ταλαιπωρίαν. Πολλῶν τε τῇ ἐγκρατεῖα δοκίμως, ἀτυφον εἶχε τὴν προᾶξιν, καὶ ταῦτα μηδενὶ τῷ ἔργῳ τούτῳ καταλείπων ὑπερβολῆν. Κρατῶν δ' ὅσα σώματος ἤδοναι καὶ ψυχῆς θωπεῖαι, πρὸς ἀσιτίαν καὶ δίψας καὶ βίγος καὶ πνίγος στεβρῶς ἠγωνίζετο. Τὸ μὲν οὖν ἦθος σπουδαῖός τις ἦν, καὶ τὸν λόγον ἐπιεικῆς· ἀκριβὲς δ' εἶχε μεμνήσθαι ὅσα τῶν ἱερῶν λόγων ἐξήσκησε. Τόσον δὲ δι' ἀρετῆς ὤκειλωτο τῷ Θεῷ, ὡς εἰσέει καὶ νῦν πολλοὺς τῶν ἀνάτα νοσοῦντων ἰᾶσθαι, καὶ δαιμονας ἐλαύνειν εὐληθῆναι χάριτι

προϊόντων τῷ μνηματι, οὐ μόνον παρ' οἷς ἐτίθη-
 κτο πρότερον Κυπρίοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ Παλαιστι-
 νοῖς, οἷς ἐπεγένετο ὕστερον. Ἐπει γὰρ ἐν Κύπρῳ
 διατρίβων τελευτᾶ τὸν βίον, ταφῇ μὲν ἐδίδωτο, καὶ
 διὰ πολλῆς παρ' αὐτοῖς ἡγετο τῆς τιμῆς· ἔπειτα
 Ἡσυχᾶς δὲ τῶν ἐκείνου φοιτητῶν περιφανέστερος
 ἐγεγόνει, τέχνη τὸν ἐκείνου κλέψας νεκρὸν, εἰς τὴν
 ἐν Παλαιστίνῃ αὐτοῦ μονὴν ἤγαγεν. Ἐξ ἐκείνου τε
 τοῦ χρόνου τοῖς ἐπιχωρίοις· ἔθους κρατήσαντο, δη-
 μοταλῆς ἢ ἐκείνου ἀγεται μνήμη. Οὕτω γὰρ οἱ ἐν
 Παλαιστίνῃ τοὺς παρ' αὐτοῖς εὐδοκίμους ἀνδράς
 γεραίρειν εἰώθασιν· ὡσπερ δὴ καὶ ἐπὶ Ἀβρίλλῳ τῷ
 ἐξ Ἀθηδόνος ποιοῦσι, καὶ Ἀλεξιῶνι τῷ ἀπὸ Βη-
 θαγάθωνος, καὶ Ἀλαφίῳνι τῷ ἀπὸ Ἀσατίας· οἱ
 κατὰ τὸν ἴσον γενόμενοι χρόνον, περικλιεῖς τε ἐπολι-
 τεύσαντο, καὶ τῇ τῶν ἀρετῶν περιουσίᾳ εἰς μεγί-
 στην ἐπέδωσαν τὴν εὐσεβῆ θρησκείαν ἐπιδύναται
 ἐποίησαν, ἐν Ἑλληνιζούσαις σφόδρα ἀγωνιζόμενοι
 πόλεσιν ἐπὶ τῆς παρουσίας ἡγεμονίας. Τηνικᾶδε καὶ
 ἐν Ἐδίσῃ Ἰσαγγέλω καὶ διηκριβωμένῃ τῇ πολι-
 τείᾳ καὶ Ἰουλιανῷ δὲ μέγας ἐπιλοσόφει. Τοσοῦτον
 δ' ἦν ἐκεῖνον τὸ ἐγκρατὲς, ὡς ὅσπερ σαρκῶν δίχα
 δέρματι συνειρμένα δικάειν ἔχειν· οὐ καὶ τὸν βίον
 Ἐφραῖμ δὲ Σύρος σπουδῆν ἀφηγήσεως ἐποίησατο.
 Θεὸς δὲ τῇ τῶν ἀνθρώπων δόξῃ ἀνωθεν ἐπ' αὐτῷ
 τὴν κῆρυξ ἐδίδου· ἰάσεις γὰρ ποικίλων νοσημάτων
 ἐπεχορήγει, καὶ κατὰ δαιμόνων κράτος παρεῖχεν.
 Ἐν δ' ἦν ἐπὶ πάσῃν ἔτοιμον φάρμακον ἢ εὐχὴ.
 Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἀνὰ τήνδε τὴν χώραν τὴν κατὰ
 Χριστὸν φιλοσοφίαν ἠσπάζοντο, ἐπὶ τε τὴν Ἀμίδιν,
 καὶ δὲ καλεῖται ὄρος Γαυγάλιον, ὧν ἡγεμόνες ἦσαν
 Δανιὴλ τε καὶ Συμεὼν. Τάδε μὲν οὖν καὶ περὶ τῶν
 ἐν Συρίᾳ μοναχῶν εἰρήσθω· Θεοῦ δὲ βουλομένου,
 πλατύτερον εἰς τὸ πρόσω περὶ αὐτῶν καὶ τῶν μετ'
 αὐτοῦ καὶ ἀΐθις ἐροῦμαι.

praesentia sint dicta : Deo autem volente, fusius etiam postea et de eis, et de eorum successoribus dicemus.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ΄.

Περὶ τῶν ἐν τῷ Πόντῳ καὶ Εὐρώπῃ καὶ Ἰταλίᾳ
 μοναχῶν, ἐν ᾧ καὶ περὶ Εὐστάθιου τοῦ Σεβασ-
 τείας, ὡς ἀρχηγὸς τῶν τοιούτων κατέστη· καὶ
 περὶ τοῦ ἀγίου Ἐφραῖμ.

Ἐν γε μὴν Ἀρμενίοις Παφλαγόσι τε καὶ τοῖς
 περὶ Πόντον ἕρεσι τῆς κατὰ Θεὸν φιλοσοφίας ἀρξαι
 Εὐστάθιον λόγος, δὲ τῆς ἐν Σεβαστείᾳ Ἀρμενίας
 τῶν ἱερῶν ἡγήσατο. Τοσοῦτον δὲ φασιν ἐκείνου
 σπουδαίας ἀγωγῆς ἔψασαι, καὶ διαίτης, καὶ ἐσθῆ-
 τος, ἧ δεῖ κεχρησθαι καὶ μὴ, ἡθῶν τε πολιτείας
 ἡκριβωμένης, ὡς καὶ τὴν βίβλον ἢ Ἀσκητικὴ ἐπι-
 γράμματα Βασιλείου τοῦ μεγάλου, τούτου σύγ-
 γραμμα εἶναι διατεθρῦλλον τοῖς πολλοῖς. Ἐλέγεται
 δὲ ὡς τῆς πρὸς λεπτὸν ἀκριβείας χάριν καὶ εἰς
 ἀτόπους ἐξοκειλαὶ παρατηρήσεις, μὴ τῷ ἐκκλησια-
 στικῷ κανόνι συμβαλλομέναις. Εἰσι δὲ οἱ αὐτὸν ἐξαι-
 ροῦσι μέμψως· τῶν τινὰς δὲ αὐτοῦ φοιτητῶν
 αἰτιῶνται, οἱ δὲ ἀπηγόρευον ἐν συζυγίαις ἐξεταζο-
 μένων ἀνδρῶν οἴκοις εὐχὰς πράττειν· εἰ οὐ καὶ
 πρεσβύτεροι ἦσαν, οὐδὲ λόγος τούτους ἦξ' οὖν. Ἐνή-
 στεον δὲ καὶ τὰς κυριωνύμους τῶν ἡμερῶν· καὶ

A porro virtute clarus Deo factus est, ut hodie quo-
 que pro data sibi gratia multi a morbis incurabi-
 libus liberentur, et dæmones ab eis profugiant,
 qui ad monumentum ejus accedunt, non tantum
 apud quos prius sepultus fuerat Cyprius, verum
 etiam apud Palæstinos, ad quos postea pervenit.
 Cum namque in Cypro degens vitam finisset, tra-
 ditus sepulturæ, magno ibi cultus est honore.
 Postea Hesychas, ex discipulis ejus celeberrimus,
 corpus ejus arte quadam sublatum, ad domicilium
 ejus in Palæstinam detulit. Ab eo tempore, more
 ejus regionis sic obtinente, publicitus memoria
 ejus celebratur. Ita namque Palæstini præclaros
 apud se viros cohonestare solent. Sicuti etiam in
 Abrillo Anthedonio faciunt, et in Alexione Betha-
 gathonio, et in Alaphio Asaliensi : qui eadem ipsa
 arte pie vitam exegere, et virtutum abundantiam
 maximè vere pietatis religionem adauxere, in
 urbibus maxime quæ Græcæ essent superstitionis,
 sub Constantii imperio decertantes. Tum etiam apud
 Edessam accuratiore et angelico vivendi more
 magnus ille Julianus est philosophatus : cujus
 tanta fuit continentia, ut ossa carnis carentia
 cuti constricta habere videretur. Vitam ejus
 Ephraim etiam Syrus conscribendam sibi esse
 duxit. Porro Deus ipse hominum opinionem de eo
 cœliarum auctoritate sua confirmavit : nam et 709
 variarum ægritudinum sanationes homini præbuit,
 et pendendorum dæmonum potestatem exhibuit :
 in quibus omnibus unum erat promptum et expeditum
 remedium, precatio. Multi vero et alii per
 Edessenam regionem, et apud Amidam, et ad
 montem Gaugaliū, qui dicitur, Christianam phi-
 losophiam sunt complexi : quorum præfecti erant
 Daniel et Symeon. De monachis Syris hæc in
 etiam postea et de eis, et de eorum successoribus

CAPUT XVI.

De monachis Ponti, Europæ, et Italiæ, et inibi de
 Eustathio Sebastie episcopo, qui auctor et antesi-
 gnanus eorum fuit; item de sancto Ephraim.

Apud Armenios vero et Paphlagonas, atque in
 Ponti montibus, monasticam philosophiam colere
 primum cœpisse Eustathius fertur, qui Sebastie
 Armeniorum sacris Ecclesiæ rebus præfuit. Tanto
 autem studio consecratus esse dicitur institutum,
 vitam, vestitum (quo scilicet utendum esset, et
 quo non) morumque exactum modum, ut etiam
 qui Basilio magno ascribitur liber, et Asceticus
 dicitur, opus istius esse, a multis feratur. Vulga-
 tum porro de eo est, nimis eum exacta cura et
 diligentia in absurdas quoque impigresse observa-
 tiones, ecclesiastico canoni minime accommo-
 datas. Sunt tamen qui eum reprehensioni eximunt,
 et quosdam ex sectatoribus ejus eo nomine inu-
 sant. Nam illi precationibus, in domibus virorum
 qui in matrimonio viverent, etiamsi presbyteri
 essent, operam dare recusarunt, eosque nec allo-

quo dignati sunt. Diebus quoque Dominicis jejuniis servarunt, et conventus ecclesiasticos ut plurimum domi egerunt. Locupletes extorres prorsus regno cœlorum esse duxerunt. Qui vel semel carnes edissent, eos repudiarunt. Vestitum monachorum aliorum consuetum rejicientes, novo atque insolito amictu sunt usi. Sed et alia multa novarunt. Ab iis multæ non obscuro loco natæ feminæ seductæ, sub continentiæ prætextu, maritos suos quibus adolescentulæ nupserant, reliquere. Postea autem cum continere se non possent, in libidinis lubricum sunt conjectæ. Fuere ex eis quæ capillo cæso, quod mulieribus fas non est, virilem habitum sumpsere. Horum gratia ab episcopis finitimis Gangrensibus apud Paphlagonum synodus coacta est: **710** in qua decretum, ut ab Ecclesia catholica illi excluderentur, nisi ea quæ diximus omnia anathemate confodere animum induxissent. Quapropter Eustathius ut ostenderet, non importuni aut præfracti moris causa, sed pietatis erga Deum exercendæ gratia, se ejusmodi leges tulisse, vestem insolitam mutavit, et habitu eodem quo reliqui sacerdotes deinceps usus, itidem ut illi in publicum est progressus. Et cum vita talis esset, sermonem quoque congruentem ei habuit, non ille quidem eloquentia pollens, quam exactiore cura et diligentia non didicerat, moribus autem admirandis utens, facile multos persuasione sua quo volebat duxit: adeo ut viros quosdam et mulieres in fornicatione degentes castiorem exactioremque vivendi rationem sequi persuaserit. Ferunt sane, virum quemdam et mulierem per prætextum ecclesiastico more cœlibatæ consuetudinis infamiam decidisse. Eustathium porro magnopere persuadere eis annisum esse, ut congressu ejusmodi supersederent. Cum autem nihil efficeret, altius suspirio ducto, dixisse, plerasque mulieres quæ cum viris suis secundum matrimonii leges, ut fas est, vixissent, ab eorum virorum convictu oratione sua adductas descivisse, castitatemque complexas esse: apud hos autem qui inter se contra leges consuessent, inefficacem orationis suæ suadelam esse. Atque hic quidem in eis orbis partibus summæ instituti absolutæque philosophiæ dux et auctor fuit. In Europa autem per Thraciam et Illyricum, etiamsi homines monasticam consuetudinem ad id usque tempus ignorarent, non omnino tamen viris Christianæ philosophiæ peritis regiones iste caruere. Floruit apud hos Martinus ille, qui Sabariam Pannoniæ patriam habens, cum generis tum militiæ splendore adeo clarus fuit, ut honores etiam militares sit meritis, et ordines duxerit. Sed illæ Caesarianæ divini militiæ posthabuit. In Illyrico primum philosophatus: atque inde variis persecutionibus et insidiis expetitus, secedere est coactus. Multos namque ex episcopis, qui Arii contagionem conceperant, manifesto deprehensos coarguit. Ac deinde Mediolani solus vixit. Unde Auxentii, ejus urbis episcopi non

cupandum sibi eum esse studio magno putabant. Et pro se quisque omnes, imperatorem ad factionis suæ fidem accessurum, proindeque se illius auctoritate majorem libertatem contra eos qui sibi adversari viderentur, habituros esse credebant. At ille jam inde ab initio τοῦ ὁμοουσίου consubstantialis professioni addictus fuerat, et id tum manifeste præ se tulit. Primi omnium affuere Macedoniani, qui quidem hæresim eorum qui ἀνόμοιοι, hoc est, dissimiles, dicebantur, rejiciebant, et τὸ ὁμοουσίον similem substantia pro τοῦ ὁμοουσίου consubstantiali, recipiebant. Et libellum ii imperatori obtulerunt, in quo Deo gratias de imperio ejus agebant : ac deinceps petebant, ut eis qui dissimile asserebant, ex ecclesiis expulsis, ipsi, illæ gubernandæ committerentur. Præterea ut vel ea quæ Arimini et Seleuciæ statuta fuerant, firma manerent : et quæ a nonnullis per vim contra ea acta erant, irrita essent : vel priore schismate atque dissidio durante, episcopis omnibus quocumque vellent loco convenire liceret. In quo conventu ne quis sæcularis adesset, neve finem suum consequeretur, si quis seorsim quidquam egisset, aut fallere instituisset, sicuti sub Constantio factum esset, rogarunt. Illud quoque significarunt, se citra principis voluntatem, in aulam et comitatum imperialem, ne molesti esse viderentur, non venturos. Sin id eis permitteretur, perlibenter id facturos esse sumptibus et jumentis propriis, ostenderunt. ¶ Qui vero principi ita supplicarunt, fuere, Basilius Ancyranus, Sylvanus Tarsensis, Sophronius Pompeiopolitanus, Pausinicus (1) Zelorum, Leontius Comanorum (2), Callicrates Claudiopolitanus, Theophilus Castabalenus, et alii. Imperator libello supplici accepto, responsum eis non dedit, sed illud tantum dixit : ego contentionis studium odi, concordiaæ autem assectatores unice amplector et colo. » Quod dictum ubi ad aliorum quoque aures pervenit, intentionem contentionis laxavit, et ut imperatoris consilium succederet, effecit. Altercationis namque studium, eorum qui Acacii auctoritatem sequebantur, et semper opiniones suas ad principum arbitrium aperte accommodabant, deprehensum est. Nam cum D Meletium Antiochiæ episcopum apud imperatorem, qui tum ibi erat, in magno pretio esse viderent, cum eo collocti, ut rursus Antiochiæ synodus celebraretur, effecere. Meletius autem is fuit, qui paulo ante ab eis sejunctus, ad τοῦ ὁμοουσίου consubstantialis professionem accesserat. Itaque concilio Antiochiæ Syrorum coacto, Nicænam fidem, ut scilicet citra controversiam ὁμοουσίος Consubstantialis Patri Filius diceretur, stabiliunt atque confirmant. In ea synodo fuere, divus, quem diximus, Meletius Antiochenus antistes, Eusebius Samosatensis, Pelagius Laodicæ Syrorum, Acacius Casareæ Palæstinæ, Irenion Gazæ, Athana-

(1) Socrates habet, *Pasinicus*.

(2) Zela et Comana, oppida Cappadociæ. Plin.

sus Ancyrae, per Orphitum et Actium presbyteros, Titus Bostrensis, Theotimus Arabum, Lucianus Arcorum, atque alii plures (I) episcopi, viri insignes. Ea re acta, ad imperatorem quoque quæ decreverant ad hunc modum scripsere: « Πίσσιμο, Dei amantissimo Domino nostro Joviniano, Victori, Augusto, quæ Antiochiæ episcoporum ex diversis provinciis convenit synodus. Quod pietas tua, princeps, ecclesiasticam pacem et concordiam conciliare studuerit, et ipsi probe novimus, Dei amantissime imperator. Quod vero et caput ejusmodi unionis esse formam veræ et rectæ fidei eadem bene perceperit, et id quoque non ignoramus. Quapropter ne et nos inter eos recenseamur, qui dogmata veritatis adulterando depravant, ad pietatem tuam referimus, 98 nos dudum celebratæ sanctæ Nicænæ synodi fidei professionem recipere, atque tenere. Et quod in ea quibusdam peregrinum et insolens videtur esse verbum ὁμοούσιον, consubstantiale, id nos, certam a patribus accepisse dicimus interpretationem. Significat id enim, ex substantia Patris Filium esse genitum, et similem esse substantia Filium Patri. Neque enim quasi permissio quæpiam, in ineffabili generatione intelligitur: neque juxta usum aut consuetudinem aliquam Græcorum, substantiæ verbum accipitur. Sed ad Arium, qui ex non existentibus nobis Filium impie producere ausus est, evertendum, id usurpatur. Quemadmodum et nunc qui exorti sunt ἀνόμοιοι, hoc est, dissimiles, graviore adhuc audacia et temeritate ad ecclesiasticam concordiam pessumdamandam, impudenter feruntur. Relationi autem huic nostræ etiam subjunximus exemplum ipsius Nicænæ fidei, ab ipsis qui eam promulgarunt episcopis editæ: quam sane et complectimur. Est autem talis: Credimus in unum Deum patrem omnipotentem: et reliqua ipsius formulæ, sine mutatione omni, ita ut convenit, allegata. Atque episcopi quidem qui Antiochiæ convenerant, hæc decreverunt, disertis verbis Nicænam fidem confirmantes.

CAPUT XLI.

De sancto Athanasio, ut ab exilio revocatus, in magno honore apud Jovinianum fuerit, et res ecclesiarum Ægyptiarum denuo cum potestate administrarit.

Tum vero et Athanasius cleri Alexandrini episcopus, de amicorum consilio Antiochiam profectus cum imperatore fuit: atque ibi rebus quas oportuit ei suggestis, Alexandriam rediit. Sunt autem qui dicunt, ab imperatore potius eum evocatum esse, ut illi quæ de religione agenda essent, exponeret. Et cum ibi res Ecclesiæ rite constituisset, ei certa apud Imperatorem fidei fundamenta jecisset, domum revertisse. Qui autem Antiochiæ Arianorum hæresi præfuit Euzoius, ut opinionis suæ ex eunuchis quidam nomine Probatius Ecclesiæ Alexandrinæ præficeretur, maximo studio contendit. Atque eam ob causam Euzoii suasu Alexandrinus quidam 99 Lucius, presbyter a Georgio creatus, apud imperatorem, Athanasium vehementer criminando detulit, quod temporibus superioribus in episcopatu suo semper reus actus, et a prioribus imperatoribus exilio ut seditionis

στικὴν εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν. Ὅτι σου καὶ πρώτῃ πρεσβεύειν ἐσπούδακεν ἢ εὐσέβειαν, εὐ ἴσμεν καὶ αὐτοί, θεοφιλέστατε βασιλεῦ· ὅτι δὲ κεφάλαιον τῆς τοιαύτης ἐνότητος τῆς ἀληθείας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως καλῶς ὑπέληφας τῶν χαρακτήρα, οὐδὲ τοῦτο ἀγνοοῦμεν. Ἴνα τοίνυν μὴ μετὰ τῶν παραχαρᾶσόντων τὰ δόγματα τῆς ἀληθείας τετάχθαι νομιζόμεθα, ἀναφέρομεν τῇ σῆ εὐλαβείᾳ, ὅτι τῆς ἀγίας συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ πάλαι πρότερον συγκροτηθείσης τὴν πίστιν, καὶ ἀποδεχόμεθα καὶ κατέχομεν ὁπότε καὶ τὸ δοκοῦν ἐν αὐτῇ τισὶ ζένον ὄνομα, τὸ τοῦ ὁμοουσίου φασκέν, ἀσφαλούς τετύχηκε παρὰ τοῖς Πατράσιν ἐρμηνείας· σημαίνουσης ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἐγενήθη, καὶ ὅτι ὁμοιοί· κατ' οὐσίαν τῷ Πατρὶ. Οὕτως δὲ ὡς πάθους τιδὸς περὶ τὴν ἄρρήτον γέννησιν ἐπινοουμένου, οὕτε κατὰ τινα χρῆσιν Ἑλληνικὴν λαμβάνεται τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας εἰς ἀνατροπὴν δὲ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων περὶ τοῦ Υἱοῦ ἀσεβῶς τολμηθέντος Ἄρειω· ὥσπερ καὶ οἱ νῦν ἐπιφειτῆσαντες Ἄνόμοιοι ἐτι θρασύτερον καὶ τολμηρότερον ἐπὶ λύμῃ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμοιοῦς ἀναισχύντως παρῶσιζονται. Συνετάξμεν δὲ τῆς ἡμῶν τῇ ἀναφορᾷ καὶ τὸ ἀντίγραφον τῆς αὐτῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ ὑπὸ τῶν συγκροτηθέντων ἐπισκόπων θεολογίας· ἦντινα καὶ ἀγαπῶμεν. Ἔστι δὲ αὕτη· Πιστεύομεν εἰς ἓνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα· καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μαθήματος, ἀπαρᾶλλάτως ὡς χρεῶν εἰρημένα. Ὁ καὶ οἱ μὲν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντες ἱερεῖς· τοιαύδε ἐπεψηφίσαντο αὐτοῖς· ἱεροῖς τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν κωρῶσαντες.

C

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

Περὶ τοῦ ἀγίου Ἀθανασίου, ὡς τῆς ἐξορίας ἀνακληθεὶς, διὰ τιμῆς πλείστης τῷ Ἰοβιανῷ ἐγένετο· καὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐκκλησιῶν αὐτῆς ἐγκρατῆς κατέστη.

Τηνικαῦτα δὲ καὶ Ἀθανάσιος τοῦ κλήρου τῶν Ἀλεξανδρέων προεστηκώς, τισὶ τῶν οἰκειοτάτων συμβούλοις χρησάμενος, κατὰ τὴν Ἀντιόχου γένόμενος, τῷ βασιλεῖ συγγίνεται· καὶ τὰ περὶ ὧν ἐχρῆν ὑποθέμενος, ἀνεχώρει αὐθις. Εἰσὶ δὲ οἱ φασκέν, ὡς ὁ βασιλεὺς μᾶλλον αὐτὸν μετεστείλατο, ὅσα δὲ πρακτέα τῇ θρησκείᾳ εἰσηγησόμενον. Καὶ δὴ τὰ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν καλῶς διαθέμενος, καὶ τὸ τῆς πίστεως ἀσφαλὲς ἐδράσας τῷ βασιλεῖ, νόστου ἐμμένητο. Ὁ δὲ τῆς Ἀρειανῶν θρησκείας ἐν Ἀντιοχείᾳ προεστὼς Εὐζόιος τῆς ἰσῆς πίστεως σπουδὴν ἐποιεῖτο πλείστην, κατὰ τῆς Ἀλεξάνδρου τῶν τινα εὐνοῦχων προεστηκέναι· Προβάτιος ἦν ὄνομα τῷ εὐνοῦχῳ. Καὶ δὴ τοῖς περὶ Εὐζόιον εἰσηγησαμένους Ἀλεξάνδρου τις Λούκιος προεστέρον ἀξίαν ἡμφοισμένους ἐκ τῶν Γεωργίου χειρῶν ἐς βασιλέα εἰσήγετο· πλείστα τε Ἀθανάσιον ἐβλασφήμει, ὡς ἀεὶ γραφὸς ὑπομένων τοῖς πρώην χρόνοις, ὑπερβόριος τοῖς πρὸ αὐ-

(1) Eorum nomina sunt apud Socrat. lib. iii, cap. 25.

τῷ βασιλεῦσιν ἐκρίνετο, καὶ ὡς ἄτε δὴ στάσεως καὶ ἀ-
 ὀνομασίας αἰτίων, ἕτερον εἰσάγεσθαι τῇ Ἀλεξάνδρου
 εἰδοτο ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ βασιλεὺς, οὐκ ἠγνόει γάρ
 ὅσα αὐτῷ μοχθηρῶς οἱ ἐξ Ἀρείου ἐφρόνησαν, ἤξι-
 στα ταῖς κατηγορίαις προτέθετο· ἀμέλει τοι καὶ
 Λούκιον ἐκέλευεν ἡσυχῇ καθῆσθαι· Προδότην δὲ
 καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν εὐνούχους, ὡς αἰτίους γε τῶν
 τοιούτων καθεστηκότας· θορόβων, προσέτατε σω-
 φρονίζεσθαι. Τὸν δ' Ἀθανάσιον τῇ τότε συνουσίᾳ
 καὶ ἀπειθήνῃ· φίλον ἄριστον ποιησάμενος, ἐπ' Αἴ-
 γυπτον ἐπεμπε, τὰς ἐκκλησίας καὶ τὸν ἐκεῖσε λαὸν
 ἢ ἐδόκει κελεύσας παιδεύειν. Πλείστα δὲ φρασιν ἐπαι-
 νίσαι τὸν ἄνδρα τοῦ τε βίου καὶ ἀρετῆς ἕνεκα, καὶ
 τῶν λόγων, σὺν θαυμαστῇ φρονήσει καλλυνομένων,
 καὶ τοῖς ἐκείνῳ περὶ τὴν θρησκείαν ὀριζομένους
 ἐγγράφως.

ΚΕΦΑΛ. ΜΒ΄.

*Περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνόδου, ἧς τὸν
 ὄρον ὁ πολὺς Ἀθανάσιος τῷ βασιλεῖ διεπέμ-
 ψατο· καὶ ὡς ἡ ἐν Νικαίᾳ πίστις πολλὸν χρό-
 νον πολεμηθεῖσα, εἰς τὴν προτέραν κατάστα-
 σιν ἤλθεν.*

Ἀθανάσιος δὲ τῇ Ἀλεξάνδρου μετὰ τιμῆς τῆς
 προσήκουσας καταλαβὼν, ἐπεὶ βασιλεὺς ἐδόλου ἔγ-
 γραφον αὐτῷ πέμπειν τῆς ἀμωμήτου πίστεως τὴν
 ἀκριβέαν, σύνοδον τοπικὴν κηρύξας, καὶ τοὺς ἐλ-
 λογιμωτέρους τῶν ἐπισκόπων ἀθροίσας, ἀντέγραφε
 τοῦτω τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν διατηρεῖν ἀπαράτρωτον,
 ὡς τοῖς εὐαγγελικοῖς συμβαίνουσιν δόγμασιν. Ἐγὼ
 ἐξ τῆς τῶν ἔντευξομένων ἕνεκεν ὠφέλειας, καὶ αὐ-
 τὴν ἐκείνην τὴν ἐπιστολὴν, ὡς ἐπὶ λέξεως εἶχεν,
 ἐθήσω τῇ συγγραφῇ· ἔστι δὲ αὕτη· «Τῷ εὐσεβε-
 σιάτῳ καὶ φιλανθρωποτάτῳ Νικητῇ Ἀγούστῳ Ἰο-
 βιανῷ Ἀθανάσιος καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι, οἱ ἐλθόν-
 τες ἐκ προσώπου πάντων τῶν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ
 θηβαῖδος καὶ Λιβύης ἐπισκόπων· πρέπουσα θεοφι-
 λῆ βασιλεῖ φιλομαθῆς προαίρεσις καὶ πόθος τῶν οὐ-
 ρανίων. Οὕτω γὰρ καὶ τὴν καρδίαν ἔχεις ἐν χειρὶ
 Θεοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν μετ' εἰρήνης πολλαῖς ἐτῶν
 περιόδοις ἐπιτέλεσας. Θελησάσης τοῖνον τῆς σῆς
 εὐσεβείας μαθεῖν παρ' ἡμῶν τὴν τῆς καθολικῆς Ἐκ-
 κλησίας πίστιν, εὐχαριστήσαντες ἐπὶ τοῦτω Κυρίῳ,
 εὐδουλεύσάμεθα πάντων μᾶλλον τὴν παρὰ τῶν Πα-
 τέρων ὁμολογηθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ὑπομνήσαι
 τὴν σὴν θεοσέβειαν. Ταύτην γὰρ ἀθετήσαντές τινας,
 ἡμῖν μὲν ποικίλως ἐπεδουλεύσαντο, ὅτι μὴ πειθόμε-
 να τῇ Ἀρειανῇ αἰρέσει· αἰτίοι δὲ γέγονασιν αἰρέ-
 σεως καὶ σχισμάτων τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἡ-
 μὲν ἀληθῆς καὶ εὐσεβῆς εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰη-
 σοῦν Χριστὸν πίστις φανερά πᾶσι καθέστηκε, καὶ
 ἐκ τῶν θείων Γραφῶν γινωσκομένη τε καὶ ἀναγινω-
 κομένη· ἐν ταύτῃ γὰρ οἱ ἅγιοι τελειωθέντες, ἐμαρ-
 τυρήθησαν, καὶ νῦν ἀναλύσαντές εἰσιν ἐν Κυρίῳ·
 ἡμεῖς δὲ ἡ πίστις ἀβλαβής· εἰ μὴ πονηρία τινῶν
 αἰρετικῶν παραποιῆσαι ἐτόλμησεν. Ἀρειος γάρ τις
 καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διαφθεῖραι ταύτην, καὶ ἀσέβειαν
 ἐπιταγαγεῖν κατ' αὐτῆς ἐπεχείρησαν, φάσκοντες
 ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ κρίσμα, καὶ ποίημα καὶ τρεπτόν
 εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Καὶ πολλοὺς τε ἐν τούτοις

et discordiæ auctor multatus fuerit, et proinde
 alium Alexandrinis episcopum dari petiit. Novin-
 ianus autem, quem non latebat Arianos hostili
 plane in illum esse animo, criminibus eis minime
 motus, Lucium quietum esse, Probatium autem
 et reliquos ejus eunuchos, veluti turbæ talis au-
 ctiores, modestius se gerere jussit. Athanasium
 porro cum sibi temporis ejus consuetudine amicis-
 simum fecisset, in Ægyptum remisit. ecclesiasque
 ei et populum ibi arbitrio suo instituendum com-
 misit. Porro plurimum is virum eum laudasse di-
 citur, propter virtutem, et vitæ innocentiam,
 orationis etiam festivæ venustatem, prudentia
 quadam admiranda temperatam: et propter ea quæ
 is de religione nostra rite decreta, in scripta re-
 tulit.

CAPUT XLII.

*De synodo Alexandrina, cujus decretum magnus
 Athanasius ad imperatorem misit: et ut professio
 fidei Nicæna multo jam tempore exagitata, in pri-
 stinum statum sit restituta.*

Sed enim Athanasius Alexandriam cum eo, quo
 par erat, honore reversus, quod ei imperator si-
 gnificaverat, ut ad se certam irreprehensibilis fidei
 formulam mitteret, synodo provinciali coacta, et
 spectatissimis quibusque episcopis ad se evocatis,
 principi, ut Nicænam fidem inviolatam atque in-
 tegram, quæ scilicet Evangelicis dogmatibus con-
 veniat, servaret, rescripsit. Verum nihil obstat,
 quin utilitatis eorum gratia qui ista legent, episto-
 lam ejus de verbo ad verbum hic apponam. Ea sic
 habet: «Piissimo et humanissimo Victori Augusto
 Joviniano, Athanasius et reliqui episcopi, qui no-
 mine omnium Ægypti et Thebaidis et Libyæ con-
 venerunt, episcoporum: Admodum, Dei amantem
 imperatorem, discendi studium, cœlestiumque re-
 rum desiderium decet. Sic namque cum cor in
 manu Dei habebis, tum imperium in pace multo-
 rum curriculis annorum administrabis. Cum igitur
 cognoscere a nobis pietas sua catholicæ Ecclesiæ
 fidem velit, **100** gratis Deo de tali animo tuo
 actis, visum nobis est præ omnibus aliis, pietati
 tuæ a patribus Nicææ promulgatam fidem in me-
 moriam redigere. Qua nonnulli proculcata, nobis
 quidem illi varias moliti sunt insidias quod hæresim
 Arianam sequi noluerimus: auctores autem
 sectarum et dissidiorum Ecclesiæ universali existi-
 tere. Ipsa sane vera et pia in Dominum nostrum
 Jesum Christum fides, aperta est et manifesta om-
 nibus, ex divinis Scripturis cognita atque collecta.
 In qua sancti homines consummati, egregie mar-
 tyrio sunt defuncti: et nunc corporum vinculis
 soluti in Domino conquiescunt. Et permansisset
 illa incorrupta, nisi quorundam hæreticorum im-
 probitas immutare eam atque depravare fuisset
 ausa. Arius siquidem, et populares ejus, corrup-
 pere illam, et impietatem adversus eam subintro-
 ducere conati sunt: Filium Dei ex non existentibus

bus, et creaturam facturamque, et mutationi A obnoxium esse dicentes. Ac multos profecto per hæc seduxerunt, adeo ut etiam qui viderentur esse aliquid, in illorum abrepti sint blasphemiam. Sed enim sancti Patres mature illis obviam euntes, sicuti diximus, concilio Nicææ coacto, Arianam quidem hæresim anathemate confoderunt, catholicæ autem et universalis Ecclesiæ fidei professionem in scriptum retulerunt : ut ea ipsa ubique deprædicata, suborta exstingueretur hæresis. Et lecta illa est atque celebrata in ecclesia omni. Cæterum cum renovare Arianam hæresim nunc quoque volentes, nonnulli quidem a Patribus Nicææ promulgatam fidem abrogare audeant, quidam autem præ se quidem obtentu quodam ferant professionem ejus, re ipsa vero eam negent, perperam tamen tὸ ὁμοούσιον consubstantialia interpretantes, qui blasphemia etiam Spiritum sanctum appetunt, eo quod creaturam eum per Filium factam et conditam esse dicunt : necessario ad pietatem tuam, eam ipsam Nicænam fidei professionem, detrimento eo quod ex hujusmodi blasphemia multi populi capiunt, perpenso, mittendam esse duximus, ut pietas tua quam accurate ea scripta sit, cognoscat, et quantum a veritate aberrant, qui præter hanc aliud docent, videat. Illud scito, Christianissime Auguste, a sæculo hanc esse prædicatam fidem, et hanc ipsam professos esse, qui Nicææ convenere Patres :

101 Atque etiamnum suffragiis suis eam comprobare omnes quæ passim sunt ecclesias, in Hispania, C et Britannia, et Gallia, et Germania, et Italia omni, et Campania, et Dalmatia, Mysia, Macedonia, et cuucta Græcia, in Africa tota, in Sardinia, Cypro, Creta, Pamphylia, Lycia, Isauria, in Ægypto omni, Libya, Ponto, et Cappadocia, atque hisce vicinis terris. Ipsas quoque Orientis ecclesias, paucis exceptis quæ cum Arianis sentiunt. Omnium enim earum quas recensuimus comperta nobis est sententia, quod ab eis epistolas habeamus. Et scimus, Dei amantissime Auguste, quamvis pauci quidam fidei isti adversentur, nihil tamen eos præjudicii afferre posse orbi universo. Atque illi longo jam tempore ab Ariana infecti lue, contentione etiam majore nunc veræ resistunt pietati. Et ut pietas tua fidem Nicænam cognoscat, quamvis antea cognitam, attamen sicuti ea a trecentis decem et octo episcopis est promulgata, subjungere litteris hisce volumus. Est autem talis : Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium factorem : Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei, genitum ex Patre, unigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero : genitum, non factum, consubstantiali Patri, per quem omnia facta sunt, quæque in cælis sunt, quæque in terris. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem, descendit : et incarnatus homo factus, et passus est : et resurrexit tertia die, ascendit in cælos, venturus judicare vivos et mor-

ήπάτησαν, ὥστε καὶ τοὺς δοκοῦντας εἶναι τι συναχθῆναι αὐτῶν τῇ βλασφημίᾳ. Καὶ φθάσαντες μὲν οἱ ἄγιοι Πατέρες ἡμῶν, συνελθόντες, ὡς προείπον, ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, τὴν μὲν Ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀνεθεμάτισαν, τὴν δὲ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πίστιν ὡμολόγησαν ἐγγράφως. Ὅστε, ταύτης πανταχοῦ κηρυττομένης, ἀποστρεσθῆναι τὴν ἀναθεύσαν αἵρεσιν παρὰ τῶν αἰρετικῶν. Ἦν μὲν οὖν αὕτη κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀναγινωσκόμενη τε καὶ κηρυττομένη. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν ἀνανεῶσαι βουλόμενοι τινες μὲν αὐτὴν τὴν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν τολμήκασιν ἀθεύσαι, τινὲς δὲ σχηματίζοντα ὁμολογεῖν αὐτὴν, ταῖς δὲ ἀληθείαις ἀρνοῦνται, περιρμηνούοντες τὸ ὁμοούσιον, καὶ οὗτοι βλασφημούοντες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῷ φάσκαι αὐτοὺς κίημα εἶναι καὶ ποίημα διὰ τοῦ Υἱοῦ γεγονὸς, ἀναγκάσιω; καὶ ἡμεῖς θεωρήσαντες ἐπιδοῦναι τῇ σῇ εὐσεβείᾳ, τὴν ἐν Νικαίᾳ ὁμολογηθεῖσαν πίστιν ἐσπουδάσαμεν ἵνα γνῶ σου ἡ θεοσέβεια μεθ' ὅσης ἀκριθείας γέγραπται, καὶ ὅσον πλανῶνται οἱ παρ' αὐτὴν διδάσκοντες. Γίνωσκε, θεοφιλέστατε Αὐγουστε, ὅτι αὕτη μὲν ἡ ἐξ αἰῶνος κηρυττομένη· ταύτην δὲ ὡμολόγησαν οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες Πατέρες, καὶ ταύτη σὺμφηροὶ τυγχάνουσι πᾶσαι αἱ κατὰ τόπον ἐκκλησιαίαι τε κατὰ τὴν Ἰσπανίαν καὶ Βρεττανίαν καὶ Γαλίαν· καὶ αἱ τῆς Ἰταλίας πάσης καὶ Καμπανίας, Δαλματίας τε καὶ Μυσίας, Μακεδονίας καὶ πίσης Ἑλλάδος, καὶ αἱ κατὰ Ἀφρικὴν πᾶσαι, καὶ Σαρδανίαν, καὶ Κύπρον, καὶ Κρήτην, Παμφυλίαν τε καὶ Λυκίαν, καὶ Ἰσαυρίαν, καὶ αἱ κατὰ πᾶσαν Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην, καὶ Πόντον, καὶ Καππαδοκίαν, καὶ τὰ πλησίον μέρη, καὶ αἱ κατὰ ἀνατολὰς ἐκκλησίαι πληρῆς ὀλίγων τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων. Πάντων γὰρ τῶν προσηρημένων τῇ περὶ ἀγνώκαμεν τὴν γνώμη, καὶ γράμματα ἔχομεν, καὶ οἶδαμεν, θεοφιλέστατε Αὐγουστε, ὅτι κἄν ὀλίγοι τινὲς ἀντιλέγωσι ταύτῃ τῇ πίστει, οὐ δύνανται πρόκριμα ποιεῖν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. Πολλῶν γὰρ χρόνῳ βλαθέντες ὑπὸ τῆς Ἀρειανῆς αἰρέσεως φιλονεικώτερον νῦν ἀνθίστανται τῇ εὐσεβείᾳ· καὶ ὑπὲρ γινώσκουν τὴν σὴν εὐσέβειαν, καίτοι γινώσκουσιν, ὅμως ἐσπουδάσαμεν, τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ὁμολογηθεῖσαν ὑπὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτώ ἐπισκόπων ὑποτάξαι. Ἔστι δὲ αὕτη·

D Πιστεύομεν εἰς ἓνα Θεόν, Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν καὶ ἀορατῶν ποιητὴν· καὶ εἰς ἓνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς· Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὰ τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τοὺς δὲ λέγοντας, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἐτείας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, τούτους

ἀναθεματίζει ἡ ἀγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκ-
κλησία. Ταύτη τῇ πίστει, θεοφιλέστατε Αὐγουστε,
ἐπιμένει ἀναγκάζο, ὡς θεῖα καὶ ἀποστολική, καὶ
μυθῆνα μετακινεῖν αὐτὴν πιθανολογίας καὶ λογο-
μαχίας, ὅπερ ἐποίησαν ἐξ ἀρχῆς οἱ Ἀρειομανῖται,
ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντες, καὶ ὅτι ἦν
ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ κτιστὸς καὶ ποιητὸς, καὶ τρε-
πτός ἐστι· διὰ τοῦτο γὰρ, καθὰ προείπομεν, καὶ ἡ
ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἀνεθεμάτισε τὴν τοιαύτην αἵρεσιν,
τῆς δὲ ἀληθείας πίστιν ὠμολόγησεν. Οὐ γὰρ ἀπλῶς
ὅμοιον εἰρήκασιν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, ἵνα μὴ ἀπλῶς
ὅμοιος Θεοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ Θεὸς ἀληθινὸς πι-
στεύσῃται· ἀλλὰ καὶ ὁμοούσιον ἔγραψαν, ὅπερ ἴδιόν
ἐστι γνησίον καὶ ἀληθινὸν Υἱὸν ἐξ ἀληθινοῦ καὶ φύ-
σει Πατρός. Ἄλλ' οὐδὲ ἀπηλοτρῶσαν τὸ Πνεῦμα
τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον
συνεθέξασαν αὐτὸ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ ἐν τῇ μιᾷ
τῆς ἀγίας Τριάδος πίστει, διὰ τὸ καὶ μίαν εἶναι τὴν
ἐν τῇ ἀγίᾳ Τριάδι θεότητα. Τοῦτοις δὲ τοῖς γράμ-
μασιν ὁ βασιλεὺς ἐντυχὼν, βεβαίως ἠδράσθη, καὶ ἦν
εἶγε περὶ τῶν θεῶν γυνῶσιν τε καὶ διάθεσιν εἰδειξε·
τούς γὰρ δοξάζοντας τὸ ὁμοούσιον δι' αἰδοῦς εἶχε,
καὶ δῶρις φιλοτίμως ἡμείβετο. Καὶ γὰρ πρόθεσις
ἦν ἐκεῖνον, ὡς γ' ἐνῆν, πειθεῖ μᾶλλον ἢ βίβη τὴν τῶν
δισωτῶν ἀνακόφαι φιλονεκίαν, καὶ μηδενὶ δι' ἔχλου
τῶν ὀπωσθήποτε ἠρημένων πιστεύειν ἔσεσθαι· ἀγά-
πης δ' ἠλλείπειν μηδὲν, καὶ εἰς τὸ ἀκρότατον τῆς
τιμῆς ἔχειν, ὅσοι δὲ ἐνοῦν τὴν Ἐκκλησίαν μᾶλλον
σπουδάζουσι. Τοῦτο δὲ οὐ μόνον οἱ Χριστιανοὶ, ἀλλὰ
καὶ ὁ παρ' Ἑλλήσι περιπότος Θεμιστιος ὁ φιλόσο-
φος πρῶτα αὐτὸν μαρτυρεῖ ἐν τῷ πρὸς αὐτὸν λόγῳ
ὄν Ἰκατικὸν ἐπιγράψει. Διεξελθὼν γὰρ τὰς ἐκείνου
ἀρετὰς, καὶ ὑπερβείδας μάλα τὸν ἄνδρα, ἐν τούτῳ
μᾶλλον ἐθαίρει, ὅς ἀνῆκε θρησκεῦειν ἐκάστω ὡς
βούλοιο· δι' οὗ φησι καὶ τῶν κολάκων τὸν ἀκόλα-
στον ἐνίκησε τρόπον· οὗς καὶ διαπαίζων ἀστείως
μᾶλα καὶ περιζανῶς, οἰκοθεν αὐτοῖς διελέγεσθαι
λέγει ἀλουργίθια καὶ οὐ θεῶν θεραπεύοντας· καὶ κατ'
οὐδὲν διαφέρειν Εὐρίπου, νῦν μὲν ἐπὶ τοῦτο, νῦν δ'
ἐπ' ἐκεῖνο, καὶ τούναντιον τὸ ῥῥθιον μεταρρέοντος.
testatur, in oratione ad eum scripta, quam *Consularem* nominavit. Virtutibus enim ejus commemo-
ratis, divinisque additis laudibus, eo illum nomine potissimum effert, quod unicuique quam vellet,
religionem sequi permisit. Qua re illum impotentem adulatorum assentationem fregisse dicit: quos
perquam facete et luculenter irridens, ex moribus eorum deprehendi ait, purpuram ipsos magis
quam Deum colere: neque aliqua re ab Euripo differre, nunc huc, nunc illuc, atque in contrarium
adeo momentum refluxente.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'

Ὁς ὁ βασιλεὺς Ἰοβιανὸς ἐν Δαδαστάνοις ἦκων,
ἐτελεύτα τὸν βίον, μεγίστη ζημία τοῖς εὐσε-
βεῖσι γενόμενος.

Τοῦτον μὲν ὡν τὸν τρόπον ὁ βασιλεὺς τῶν τρι-
καῦτα ἐκταράσσειν καὶ ἐρεογεῖν τὴν Ἐκκλησίαν
ἠρημένων τῆ θράσος ἀνέσχε· καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ πίστις,
οὕτω πολλὸν τὸν ἐν μέσῳ χρόνον πολιορκηθεῖσα, ἐπὶ
τῆς παρουσίας ἡγεμονίας εἰς τὴν προτέραν ἐπανῆλθε
δόξαν τε καὶ ὁμολογίαν. Οὐ μὴν ἐπὶ πλείστον οὕτω
προελθεῖν ἔμελλε, καὶ μὴ τῆς ὁμοίας αὐθις συγχύ-
σεως πειραθῆναι. Καὶ γὰρ οὐδὲ τοῖς ἐπὶ Κωνσταν-

tuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui di-
cunt, fuisse aliquando cum non fuerit, et quod ex
non existentibus factus sit, aut ex alia subsistentia
vel substantia, aut quod creatus vel mutabilis vel
alterabilis sit, anathemate ferit sancta catholica et
apostolica Ecclesia. In hac fide, Dei amantissime
Auguste, ut divina et apostolica, necessario ac-
quiescendum. Neque ea a quopiam movenda, aut
mutanda venit, persuasionis aut contentionis verbis
ullis. Id quod Ariomanitæ primum fecerunt, ex
non existentibus Filium Dei esse, et fuisse ali-
quando cum non fuit, et conditum creatumque
atque adeo mutationi obnoxium esse dicentes.

102 Quam ob causam etiam, sicuti antea dixi-
mus, synodus Nicæna anathemati subjecit hæresi-
m eam, veramque fidem promulgavit. Non enim
simpliciter patres illi similem Patri Filium dixe-
runt, ne simpliciter Deo similis, sed ex Deo Deus
verus esse crederetur. Sed et ὁμοούσιον consub-
stantialiam adjecerunt, quod id proprium sit ger-
mani, verique ex vero et nativo Patre Filii. Non
etiam illi Spiritum sanctum alienarunt a Patre et
et Filio, sed potius eum cum Patre et Filio con-
glorificarunt, in una sanctæ Trinitatis fide, pro-
pterea quod una etiam sit in ea ipsa sancta Tri-
nitate divinitas. Hisce litteris imperator lectis,
solide est confirmatus: et quam de rebus divinis
obtinuit affectionem et sententiam, aperte statim
declaravit. Qui enim consubstantialia professi sunt,
eos observavit, et liberaliter muneratus est. Illud
quoque is propositum habuit consilium, ut per-
suasione potius quam vi, inter dissidentes conten-
tionis dirimeret studium: nec cuiquam, qualem-
cunque tandem consecraretur fidem, molestiam
facesseret, neque quidquam ad charitatem sum-
mam faceret reliqui. Eis vero qui ad concordiam
et unanimatem Ecclesiam reducere studerent,
maximum exhiberet honorem. Id illum fecisse, de
eo non solum Christiani, verum etiam qui apud
Græcos celebris habetur, Themistius philosophus
testatur, in oratione ad eum scripta, quam *Consularem* nominavit. Virtutibus enim ejus commemo-
ratis, divinisque additis laudibus, eo illum nomine potissimum effert, quod unicuique quam vellet,
religionem sequi permisit. Qua re illum impotentem adulatorum assentationem fregisse dicit: quos
perquam facete et luculenter irridens, ex moribus eorum deprehendi ait, purpuram ipsos magis
quam Deum colere: neque aliqua re ab Euripo differre, nunc huc, nunc illuc, atque in contrarium
adeo momentum refluxente.

D

103 CAPUT XLIII.

Ut imperator Jovinianus in Dadastanis, cum magna
pietum omnium jactura, vitam finierit.

Ad hunc modum Jovinianus, audaciam eorum
qui tum nugamentis suis turbare Ecclesiam con-
stituerant, conspexit. Et Nicæna fides longo,
quod intervenit, tempore oppugnata, sub imperio
ejus ad pristinam rediit gloriam et professionem.
Verum successus is, ne ea ad similem rursus reci-
deret turbam et confusionem, minime futurus erat
diuturnus. Non enim eis rebus, quæ Ecclesie sub

Constantio accidere, solis, magni illius patris Antonii divinatio ad exitum suum pervenit: sed reliquum adhuc ad improbitatem explendam aliquid fuit, quemadmodum id postea ærumnæ sub Valentis imperio toleratæ ostenderunt. Priusquam enim sub Constantio Ariani ecclesiis regendis primas obtinerent, in somnis videre sibi visus est admirandus ille et magnus Antonius, mulos cum impetu in sanctius sacrarium inferri, atque ibi salientes calcibusque se petentes, sacram evertere mensam. Cum autem evigilasset, somnium id retulit et exposuit, futurum scilicet, ut adulterinorum monstrorumque dogmatum confusio Ecclesiam Dei occuparet, et alienæ doctrinæ assertorum insultus sacram pessumdaret mensam. Porro non vanam fuisse, aut mendacem visionem, simul et interpretationis ejus prædictionem, quæ deinde subsecuta, et postea etiam imperante Valente acta sunt, satis declararunt. De his satis. Imperator autem Jovinianus celeritate magna Antiochia discedens, Constantinopolim contendebat, et Tarsum cum venisset, Juliani ibi corpus, justis funeralibus peractis, sepelivit: non consulto, sed casu potius quodam et errore, cadavere ejus ex adverso tumulo ei qui Maximini continebat ossa, ita condito, ut via publica utrumque sepulcrum dirimeret. Ibi vero consul quoque renuntiatus, Constantinopolim proficiscens, ad Bosphorum venit, in locum cui Dadastrana nomen est, Galatiæ, et Bithyniæ limitem: ubi senatus ei occurrit, et quem diximus, Themistius, consularem de eo editam orationem recitavit, **104** quam postea in urbe Constantinopolitana etiam magna cum libertate publicavit. Frigus autem ingens invaluit, et imperator in diversorio quodam avidius copiosiore sumpto cibo, in cubiculo, quod nuper admodum calce erat incrustatum, se confestim ad somnum capiendum composuit. Et quod ex igne largius accenso tepor humorem ex parietibus recens dealbatis eliceret, atque is sensim se per nares insinuans, meatus per quos accipitur et redditur spiritus, obturaret, strangulationem imperatori attulit, unde mors est consecuta. Circiter octo menses in imperio transegit, vir bonus et honestus; sub quo et ecclesiasticæ et publicæ res prosperos habituræ fuerant successus, nisi per adversam prorsus fortunam, repentina mors, quæ illum oppressit, tantum bonum Romanorum imperio invidisset. Obiit autem suo et Varoniani filii, quem nobilissimum Ancyra in Galatia renuntiaverat, consulatu, decimo septimo mensis Februarii die, cum imperasset, ut dictum est, circiter menses octo; ætatis anno tricesimo tertio. Porro decimus iste historiarum liber triennii tempus complectitur, cum quidem a mundo condito quinquies millesimus octingentesimus septuagesimus quintus (1), a Domini autem nativitate trecentessimus et septuagesimus ageretur annus.

(1) Secundum recentiores, 4345.

Α τίου τῆ Ἐκκλησίᾳ μόνοις συμβῆεν ἡ τοῦ μεγάλου πατρὸς Ἀντωνίου πρόβησις ἐπεραίνετο, ἀλλ' ἐλείπετο καὶ τι πρὸς τὴν τῆς κακίας ἐκπλήρωσιν, ὡς ἔδειξε τὰ ἐπὶ Οὐάλεντος γινόμενα ὑστερον. Λόγος γὰρ ἔχει πρὶν ἢ τοὺς ἐξ Ἀρείου τῶν ἐκκλησιῶν ἐπὶ Κωνσταντίου κατάρξαι, ἰδεῖν κατ' ἄναρ τὴν πολὺν καὶ μέγαν Ἀντωνίνον, ἡμιόνους εἰσφρῆται τῷ θυσιαστηρίῳ· σκιρτᾶν τε καὶ λακτίζειν ἔνδον, καὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἀνατρέπειν. Διυπνισθέντα δὲ φάναι τὸν θυεῖρον ἐπιλύοντα, ὡς νόθων καὶ ἀλλοκότων ἔργμάτων ἐπιμειξία τὴν Ἐκκλησίαν Θεοῦ καταλήψεται, καὶ ἑτεροδόξων ἐπανάστασις τὴν ἱερὰν κατορχήσεται τράπεζαν. Ἄλλ' ὅτι μὲν ἀψευδὴς ἦ τε θεὰ καὶ ἡ ἐπιταύτῃ τῆς λύσεως πρόβησις, ἔδειξε τὰ τε γεγενημένα ἐς ὑστερον, καὶ ὅσα μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς ἡγεμονίας Οὐάλεντος διεπράχθη. Ταῦτα μὲν οὕτως. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς ὅσον τάχος ἐξ Ἀντιοχείας ἀπῆρας ὡς ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ εἰς Ταρσὸν τὴν τῶν Κιλικίων γινόμενος, ἐκεῖ τὸ Ἰουλιανοῦ σῶμα θάπτει, ὅσα ἐπιχθόνια νόμιμα ἐκτελέσας· οὐ κατὰ πρόνοιαν δὲ, ἀλλὰ κατὰ τινα περιφορὰν, ἀντικρὺ τῆς σοροῦ ἢ τὰ Μαξιμίνου κατεῖχεν ὄσῳ, τὸν νεκρὸν ἐκείνου κατέθετο, λεωφόρου ἀπ' ἀλλήλων τὰς θήκας διατειχιζούσης. Ἐκεῖσε δὲ ὑπάτος ἀναγορευθεὶς, ἐπὶ τὴν Κωνσταντινοῦ τὸ δρμημα ἔθετο· κάκειθεν ἐπὶ τὸν Βίσπορον γίνεται, ἐν τινὶ χώρῳ δὲ μεθόριον ἐστὶ Γαλατίας καὶ Βιθυνίας· Δαδάστανα δὲ τῷ χωρίῳ τὸ ὄνομα· ἔνθα καὶ ἡ σύγκλητος αὐτὸν καθυπέητα, καὶ ὁ πρόβηθεις Θεμιστιος τὸν ἐπ' αὐτῷ ἐκδοθέντα ὑπατικὸν λόγον ἀνέγνω· ἔν καὶ ἐν Κωνσταντινούπολει ἐς ὑστερον ἐπεδείχθητο ἐπὶ παρόρησι πολλῇ. Αὐτὸς δ' ἐκεῖσε χεῖμωνος ἐπιχειμῶνος πολλοῦ ἐν τινὶ καταλύσας σταθμῷ, τροφῆς τε πολλῆς ἀφειδέτερον μετασχών, ἐν οἰκίσκῳ τινὶ ἄρτι πρόσφατον ἐκ τιάνου δεξαμένῳ τὴν κόνιν, πρὸς ὑπνον εὐθύς κατακίβνεται. Διὰ δὲ τὸ ἀλέαν ἐγγενέσθαι, πυρὸς ἀναφθέντος πολλοῦ, νοτὶς ἐκ τῶν νεοχρίστων τοίχων ἀναδοθεῖσα, ἡρέμα διὰ τῶν ῥινῶν παρεδύετο· καὶ τοὶ ἀναπνευστικούς πόρους ἐμφράξασα, εἰς πνιγμονὴν ἐλαύνει τὸν βασιλέα. Καὶ οὕτω διαφθαρεὶς, ἐτελεύτα τὸν βίον, ἀμφὶ ὀκτώ μηνας τῆ βασιλείᾳ διαγεγῶμενος· ἀνὴρ οὕτω καλὸς τε κάγαυδς, ἐφ' ᾧ καὶ τὰ δημόσια καὶ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἔπραξεν ἂν εὐτυχῶς, εἰ μὴ ἐξαπίνης ὁ θάνατος ἐπιστάς τοσοῦτον καλὴν τὴν Ῥωμαίων δυστυχῆσαι πεποίηκεν. Ἐτελεύτησε δὲ ἐν ὑπάτει αὐτοῦ τε καὶ Βαρωνιανοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὃν ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας ἐπιφανέστατον ἀνηγόρευε, τῆ ἑπτακαίδεκάτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνός· βασιλεύσας μὲν, ὡς εἴρηται, ἀμφὶ μηνας ὀκτώ, ζήσας δὲ τὰ πάντα ἔτη τρία πρὸς τοὶς τριάκοντα. Περιέχει δὲ καὶ ἡ παρούσα μοι δεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν χρόνον ἑτῶν τριῶν· ὀπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος εἰκοσ', ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως τριακοσῆστον καὶ ἑβδομηκοστὸν ἑσπεραίνετο.

Domini autem nativitate trecentessimus et septuagesimus

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ ΙΑ'.

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS XI.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ διαίτης καὶ πολιτείας τοῦ βασιλέως Οὐαλεντινιανοῦ· ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Οὐάλεντος.

Ἄλλ' οὕτω μὲν ἀποστάτης ἀνήρηται· οὕτω δὲ καὶ Ἰοδιανὸς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἐν τοῖς μεθορίοις Γαλατῶν τε καὶ Βιθυνῶν ἐτελεύτα τὸν βίον. Ἐκ δὲ τῆς Γαλατῶν ἐβδομαῖοι καταλαβόντες τὴν Νίκαιαν ὁ στρατὸς, βασιλέα Ῥωμαίων ἀναγορεύουσιν Οὐαλεντινιανόν· ὃς τὰ τε ἄλλα ἀγαθὸς ὢν ἀνὴρ καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξιος ἐκ Παννονίας εἴλκε τὸ γένος· Κίβαλις δ' ἦν αὐτῷ ἡ πατρὶς. Πολὺς δὲ καὶ τὴν τακτικὴν ἐπιστήμην ἐτύγχανεν ἐκ νέου τῆ στρατείας γεγυμνασμένος· χαίρων δὲ μεγαλοψυχία, ἔσασε τῆς παρούσης τύχης μείζων ἐδόκει. Τηνικαῦτα δ' ἔλαχε παρῶν ἀπὸ τῆς ὑπερορίου φυγῆς. Καὶ γὰρ φασὶ τοῦτον, ἦν ἰκα Κωνσταντίος ἐδασίλευσε, τῶν τινα Σιλεντιανῶν ἰδεῖν, πυρὸς φλόγα κατὰ τὸ θειλινὸν τοῦ στόματος ἀφιέντα, ὀπηνίκα μετὰ τροφὴν εἰς ὕπνον ἐτρέπετο· ὃ καὶ Κωνσταντῷ ἐσήμηνεν· καὶ γὰρ ἔτυχε πέμψας αὐτὸν, ἐκείνον δὴ μεταστειλασθαι χρείας κλόουσης. Ὁ δὲ βασιλεὺς περιδεὴς γεγινὼς τῆ τοῦ θεάματος ἀγγελίᾳ, παραλυτῆσαι μὲν τὸν ἄνδρα ἡκιστα δίκαιον ἔκρινε· τό γε μὴν δέος αὐτοῦ ἀνακτώμενος, περὶ τὰ τέρματα τῆς Ῥωμαίων ἐπεμπε γῆς, ὥστε φρουρεῖν μὲν τάξεισσι, τὰς δὲ τῶν βαρβάρων ἀναστελλεῖν ὀρμάς. Λόγος δ' ἐς ὕστερον, καὶ τοῦ κατὰ τὸν Ἰοδιανῶν ἄρξαι, καὶ συνταγματάρχην τῷ Ἰουλιανῷ καταστήσαι. Ὁπηνίκα δ' ἐκείνος ἐπὶ τῶν ὄλων ἐγένετο, αὐθις ἀπελάσσει τοῦτον τοῦ τάγματος, καὶ ἀτίδεν ζημιῶσαι φυγῆ· προφάσει μὲν, ὡς μὴ χρεῶν τὴν ὑπ' αὐτὸν στρατιάν τοῖς πολεμίοις

A

109 CAPUT I.

De vita et moribus imperatoris Valentiniani, et de fratre ejus Valente.

Et ita quidem Julianus desertor cæsus est. Ita etiam Jovianus piissimus imperator in finibus Galatiæ et Bithyniæ e vita excessit. Exercitus autem die septima (1), Nicæam venit et ibi Valentinianum Romanorum imperatorem renuntiavit: qui cum rebus aliis bonus vir, tum imperio ipso dignus, Cibali e Pannonia oriundus fuit, rei militaris (ut qui a juvenali ætate in castris vixisset) apprime peritus, animi autem magnitudine præsentis semper fortuna præstantior visus. Affuit vero tum Nicææ ab exilio reversus. De quo illud fertur, Silentiarium quemdam eum ignis flammam sub Constantio, cum curato corpore cubitum ivisset, circiter vesperam ex ore spirantem vidisse. Silentiarius enim ad accersendum eum negotii cujusdam gratia ab imperatore, cui id etiam indicavit, missus fuerat. Imperator Constantius prodigii ejus nuntio perterritus, **110** offendere quidem et perturbare virum eum iniuquum esse censuit. Ut autem timori suo consulerei, ad Romani imperii fines eum misit, ut ibi in præsidio esset, et Barbarorum excursiones prohiberet. Postea quoque legioni Jovianorum (2) præfuisse, et ordinum ductor cum Juliano fuisse traditur. Ad postquam ille rerum est potitus, dignitate ea spoliatus Valentinianum perpetuo matrisse exilio dicitur, illo quidem sub prætextu, quod copias sibi commissas non rite in aciem contra hostes duxisset: revera autem, cum Julia Diocletiano Jovio: sicuti alios a seipso Herculianos.

B

C

(1) Februarii 25 die. (Socrates.)

(2) Jovianos Maximianus imperator vocavit milites eos qui fortiter in Illyrico rem gesserant,

nus in Gallia occidentali adhuc esset, et templum quoddam (1) sacrificii gratia peteret, Valentiniano præsentē (velut enim consuetudo erat, ut qui Jovianæ et Herculanæ, ita ab Jove et Hercule dictis cohortibus præsentent, principem a tergo sequentur) et jam templum ingredientem sacerdos frondibus quibusdam roscidis conspergeret, et gutta una in Valentiniani vestem incideret, quod is factum tale ægre ferens, cum sacerdotem conviciis prosciderit, tum ipso vidente Juliano, ense eam partem vestis, in quam humor ex conspersione ea pervenerat (tanto Christianam pietatem consecratur ardore) resciderit atque abjecerit. Unde deinceps illi Julianus infensus, non multo post eum condemnatum Melitinæ in Armenia perpetuo exsulare jussit: eam quam diximus prætexens causam, quod milites ejus segniter rem gessissent. Qua in re ei martyrii honorem, quod pro religione Valentinianus subiturus fuerat, invidit. Nam eam ob causam aliis quoque Christianis pepercit, quod eos ex periculis hujusmodi laudem et gloriam consequi animadverteret. Ubi autem Jovianus ad imperium pervenit, ab exilio est revocatus. Porro Joviano defuncto, Nicææ totius exercitus et eorum maxime qui primarias gerebant dignitates, in primis autem Datii patricii, qui ex Galatia ad eum litteras dederat, Secundi præfecti, Arinthei ducis, et Glaphi, qui domesticis præfuit, consilio et voluntate imperator est electus. **III** Et cum imperatoris sumptus insignibus in clypeo, militari mere, circumferretur, exercitus eum, ut sibi imperii socium ascisceret, rogavit. Atque ille manu eis, ut silerent, innuens, gravi et imperiali sententia, « Vestrum quidem, inquit, fuit ut privatum me ad imperialem extolleretis dignitatem: res autem administrare, non jam vestri, sed principis ipsius arbitrii esse, vos ipsi quoque dixeritis. Itaque vos deinceps imperata facere et quietos esse, me autem, quid facto opus sit, curare decet. » Ac tum quidem militibus non cessit: postquam vero Constantinopolim venit, tricesimo a suscepto imperio die, socium sibi imperii fratrem Valentem adjunxit. Et provincias orientales, et quasdam etiam occidentales ad Illyricum usque fratri concessit: reliquas ad occidentalem Oceanum pertinentes, et continentem ex adverso omnem, usque ad extremos Libyes, sibi attribuit, ut toti imperaret Occidenti. Brevi etiam deinde Gratianum filium adhuc adolescentulum, ad imperium evectum, moribus institutisque suis assuefecit. Sedenim fratres ambo Christiani quidem jam inde ab initio fuere, cultu vero divino et moribus variarunt. Nam Valens, ab Eudoxio Ariano baptizatus, acer fuit dogmatis Ariani æmulator, molestumque ei fuit, quod non omnes eamdē sequi sententiam cogeret. Valentinianus autem, Nicææ professionis propugnator, ornandos quidem religionis suæ populares duxit,

Α παραστησάμενον· τὸ δ' ἀληθὲς, ὅτι περὶ ἐν τοῖς πρὸς δούσιν Γαλάταις ἔτι ὦν Ἰουλιανός, ἐπεὶ πρὸς τινα νεῶν ἦκεν ὡς θύσων παρόντος καὶ Οὐαλεντινιανοῦ (ἔθος γὰρ ἦν ἐκ μακροῦ τοῦ τῶν Ἰοδιανῶν καὶ Ἑρκοιλιανῶν τάγματος; ἡγουμένου· στρατιωτικὰ δὲ τάγματα ταῦτα, τὸ μὲν ἀπὸ Διῶς, τὸ δ' ἀπ' Ἡρακλέους τὴν προσηγορίαν κτησάμενα· κατόπιν τῷ βασιλεῖ ἐπεσθαι), ὡς τοῦ νεῶ ἤδη ἐπιθαίνειν ἐμελλεῖ· καθ' Ἑλληνα νόμον τοὺς εἰσιόντας θαλλοὺς τισὶ διαθρόχοις βάλων ὁ ἱερεὺς. Καὶ δὴ μίᾳς τῶν σταγῶν ἐμπεσοῦσης τῷ ἱματίῳ, Οὐαλεντινιανός βαρῆως ἤνεγκε, καὶ διελοιδόρειτο τῷ βάλοντι· ὑπερφῶς γὰρ τὰ Χριστιανῶν ἠσπάζετο. Καὶ τοίνυν, τοῦ βασιλέως ὄρωντος, περιελὼν μαχαίρα ὅσον ἐκ τῆς ψεκίδος δάθροχον, τῆς ἐσθῆτος ἀπέρριπτε. Καθὼς δ' ἐντεῦθεν διατεθείς Ἰουλιανός, οὐ πάνυ πόρρω κατεδίκαζεν αὐτὸν τὴν τῆς Ἀρμενίας Μελιτινὴν εἰς τὸ διηνεκὲς κατοικεῖν· πρόφασιν εὐρηκὼς τὴν τὸν περὶ αὐτὸν στρατιωτῶν βρασιῶν. Καὶ γὰρ ἐρθῆναι, μὴ διὰ τὴν θρησκείαν τιμῆς αὐτὸν μαρτυρικῆς ἀξιῶσειεν· ἐπεὶ τοί γε καὶ τῶν ἄλλων Χριστιανῶν ἐξ αἰτίας τοιαύτης ἐφεύδατο· ἐννοῶν ὡς τοῖς κινδύνοις τὸ εὐκλεεῖς εἶναι πορίζονται. Ὡς δὲ Ἰοδιανὸς τὴν βασιλείαν παρέλαθε, μετὰ πεμπτον κάκεινον ἐκ τῆς ὑπερορίας ποιεῖται· πρὸς Νίκαιαν δὲ γενοῦντος, συμβῆν ἐκείνον τὸν βίον ἀπολιπεῖν, βουλῆ τοῦ στρατοπέδου παντὸς, καὶ τῶν τὰς μεγάλας διεπόντων ἀρχῶν, καὶ μάλιστα Δατίου τοῦ πατρικίου ἐκ Γαλατίας διαμνησασμένου, Σεκούδου τε τοῦ ἐπάρχου, καὶ Ἀρινθαίου τοῦ στρατηγού, καὶ Γλαφροῦ, τῶν δομοστικῶν δ' οὕτως ἠγγεῖτο, εἰς τὸ βασιλεῦσιν αἰρεῖται. Καὶ δὴ τὰ σύμβολα περιθέμενον, καὶ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος, ὡς ἔθος, ὀχούμενον, ὁ στρατὸς ἐδεῖτο κινωνόν τινα τῇ ἀρχῇ προσλαβέσθαι. Ὁ δὲ τῇ χειρὶ σιγῆν ἐπιτρέψας, ἀρέμα δὲ καὶ βασιλικῇ τῷ φρονήματι, « Ὑμέτερον μὲν, ἔφη, ἐξ ἰδιώτου ἐμὲ βασιλεῖ ποιεῖν· τό γε μὴν τὰ πρακτέα διευθετεῖν οὐ τῶν ἀρχομένων, τοῦ δὲ βασιλεύοντος ἡ κρίσις, πάντως ἂν καὶ ὑμεῖς φαίητε. Δεῖ οὖν ὑμᾶς τοῦ λοιποῦ ὡς ἀρχὴν ὄντας, ἡσυχίαν ἀγειν· ἐμοὶ δὲ τοῦ ποιητέου μελήσει. » Καὶ τότε μὲν οὐκ εἶξε τοῖς στρατιώταις· ἐν δὲ τῇ Κωνσταντινίου γενόμενος, μετὰ τριάκοντα ἡμέρας τῆς ἀνακηρύξεως προσλαμβάνει τῇ ἀρχῇ καὶ τὸν ἀδελφὸν Οὐάλεντα. Καὶ τὰ μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἤλιον τάδε φῶ διενεμάτο, καὶ τῆς ἐσπέρας ἄχρι· Ἰλλυριῶν· τὰ δ' ἐκείθεν ἐπὶ τὸν ἐσπέριον ὠκεανὸν καὶ Λιβύων, τὴν ἀντικρὺ ἠπειρον ἄχρι· ἐσχάτων πᾶσαν ἑαυτῷ ἀπεκλήρωσε, καὶ τῆς Ἑσπέρας ἐθαύλασε πάσης. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ πῆδη Γρατιανὸν ἔτι μετράκιον τῇ βασιλείᾳ ἐπιδιδάσας, πρὸς τὸν ἑαυτοῦ συνήσκει τρόπον. Ἄμφω δὲ τάδε φῶ Χριστιανοὶ μὲν ἦσαν τὸ ἐξ ἀρχῆς· τῆν γε μὴν καὶ θρησκείαν τὸν τρόπον διάφοροι· Οὐάλης μὲν γὰρ τῷ Ἀρειανῷ Εὐδοξίῳ χρησάμενος βαπτιστῆ, διάπυρος ἦν ζηλωτῆς τῶν Ἀρείου δογμάτων, καὶ ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο, μὴ πάντας βιάζεσθαι τὰ ἴσα ἐκείνῳ φρονεῖν· Οὐαλεντινιανός δὲ τῆς ἐν Νικαίᾳ ὑπεριστάμε-

(1) Templum Fortunæ. (Eutrop.)

νος πίστεως, τοὺς ὁμοδόξους ὠφελεῖν μὲν ἐπειρᾶτο, ἅδὲν δὲ τοῖς ἄλλως δοξάζουσι ἐτηνώχλει. Ἄμφω δὲ περὶ τὴν τῶν ἄλλων πραγμάτων διοίκησιν παραπλήσοι ἀλλήλοις ὄντες; ἐτύχχανον.

ΚΕΦΑΛ. Β.

Τίτες τηρῆκαῦτα τῶν μεγάλων πόλεων τὴν ἐπιτροπὴν κατὰ διαδοχὴν ἐκκληρώσαντο.

Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον, τῆς μὲν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τὰς ἡνίας εἶχε Λιβέριος, ὃς Ἰούλιον διεδέξατο· πρὸ ἐκείνου δὲ Σιλβέστρος ἐπὶ Κωνσταντίνου ἡγήσατο. Ἐπὶ δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου τῆς μὲν ὁμοουσίου πίστεως ὁ πολὺς Ἀθανάσιος προεστῆκει, Γεώργιον καὶ Γρηγόριον τοὺς αἰρεσιώτας διαδέξαμενος· ὁ πάλιν αὐτὸν Ἀθανάσιον, ὃς Ἀλέξανδρον· Ἀλέξανδρος δὲ Ἀχιλλᾶν· ὁ δὲ Πέτρον τὸν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ μαρτυρήσαντα. Τῶν δ' ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς μὲν Ἀρείου θρησκείας Εὐδόξιος ὑπερίστατο· τῆς δὲ ὁμοουσίου πίστεως; διχῆ διήρηντο οἱ προστάται· τῶν μὲν γὰρ Παυλῖνος ἡγήετο, τῶν δὲ ὁ θεῖος Μελέτιος. Οὗτοι δὲ τῶν ἐξ Ἀρείου ἦσαν διάδοχοι· ὧν ὁ μὲν προσεχὴς Μελέτιος Εὐδόξιος ἦν, Λεόντιος δὲ πρὸ ἐκείνου. Πρὸ δ' αὐτοῦ Στέφανος, ὃς Φλάκιτον, Φλάκιτος δὲ Εὐφρόνιον, οὗτος δ' Εὐλάλιον διεδέξατο. Πάντες δ' οὗτοι τῆς Ἀρείου λύσεως ἦσαν ἀνάπλευ. Πρὸ δὲ τοῦ Εὐλάλιου Εὐστάθιος ὁ μέγας εὐσεβῶς τῆς Ἀντιόχου ἡγήετο, τοῦ μάρτυρος Φιλογονίου διάδοχος· τοῦ δὲ Φιλογονίου προηγήετο Βιτάλιος. Τῶν δ' ἐν Ἱερουσαλήμοις Κύριλλος; ἐπὶ τῶν ἱερῶν οἰκῶν αὐθις καθῆστο· ὃς πρῶτον μὲν Μάξιμον διεδέξατο· πρὸ δὲ Μαξίμου ὁ πολὺς Μακάριος καθηγῆσατο. Μακάριος δὲ διάδοχος Ἐρμωνος ἦν· τὸν δὲ Κύριλλον Ἐρέννιος διεδέχετο· ὃν Ἡράκλειος· τὸν δ' Ἰλάριος· τοῦτον δ' αὐθις τὸ τηρῆκαῦδε ὁ θεῖος Κύριλλος. Τῶν δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησιῶν τηρῆκαῦτα ἐκράτει Εὐδόξιος, τὴν Ἀρείου δόξαν μάλα πρεσβεύων. Οἱ δὲ τῆς ὁμοουσίου πίστεως ἔνδον τῆς πόλεως οἰκίσκω βραχυτάτῃ τὰς συναγωγὰς ἐποιούντο. Τῆς δὲ Μακεδονιανῆς θρησκείας ἐπιτετατὰ τὰς πόλεις τῶν εὐκτηρίων οἰκῶν οἱ ἐν Σελευκείᾳ ἐκράτουν, διδασθέντες δ' οἱ περὶ Ἀκάκιον. Εὐδόξιος δὲ Μακεδόνιον διεδέξατο· πρὸ δὲ τούτου ὁ ἐμολογητῆς Παῦλος τὴν ἐπισκοπὴν ἐκληροῦτο· τούτου δὲ προῆν ὁ Ἀρειανὸς ἐκ Νικομηδείας Εὐσέβιος. Οὗτος δὲ Ἀλέξανδρον διεδέχετο· ὃς Μητροφάνους

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ τῆς ἐν Λαμφάκῳ γενομένης συνόδου· καὶ ὡς ὑπερόριοι οἱ τοῦ ὁμοουσίου ἐγένοντο.

Ἐπεὶ δ' ἡ τῶν ἑσπερίων πραγμάτων φροντίς ἐπὶ Ῥώμην ἐκάλει τὸν Οὐαλεντινιανόν, καὶ διὰ τῆς Θράκης ἰὼν ἐπορεύετο· οἱ ἀνὰ τὴν Βιθυνίαν καὶ τὸν Ἑλλησποντον ἱερεῖς, καὶ ἄλλοι ὅσοι τῷ ὁμοουσίῳ προσέκειντο, Ὑπατιανῶ τῷ τῆς Περίουτου Ἡ-

(1) Alexandriae tum Arianis præiit Lucius. (Socrat.)

(2) Socrat. lib. iv, cap. 2, Macedonianos episcopos synodum istam petisse a Valente scribit: Va-

nihil autem eis molestiæ, qui ab eo dissentirent, intulit. Cæterum in rebus administrandis pares fuere.

CAPUT II.

Qui eo tempore in magnis urbibus ecclesiarum curam per successionem sortiti sint.

Ea tempestate Ecclesiæ Romanæ gubernacula tenuit Liberius, Julii successor. Ante eum autem Sylvester sub Constantino Ecclesiam eam rexerat. Alexandriae (1) autem consubstantialis professioni magnus præfuit Athanasius, Georgio et Gregorio hæreticis subrogatus: qui tamen et ipsi ei successerant. Ante Athanasium Alexander, ante Alexandrum Achilles, 112 ante hunc Petrus, qui sub Maximiano martyrio est defunctus, episcopus ibi fuit. Porro Antiochiæ Arianis præiit Euzoïus. Consubstantialis autem professionis duo erant antistites: alteri namque parti Paulinus, alteri divus præfuit Meletius. Isti autem Arianis successere. Et hujus quidem decessor proximus Eudoxius, illius autem Leontius fuerat. Ante hunc episcopatum ibi gesserat Stephanus, cui præcessit Placitus, Placito Euphronius, Euphronio Eulalius, qui omnes Arianae rabie repleti fuerant. Ante Eulalium magnus Eustathius pie Ecclesiam Antiocheam gubernavit, Philogonii martyris successor: Philogonium vero Vitalis præcessit. Hierosolymis autem Cyrillus denuo episcopalem obtinuit dignitatem, qui primum quidem Maximo successit. Maximum autem magnus Macarius præcessit, Hermonis successor. Cyrillo Erennius substitutus, atque huic rursus Heraclius, Heraclio Hilarius, cui tum rursus divus successit Cyrillus. At Constantinopoli Ecclesiam eo tempore tenuit Eudoxius, magnus Arianae opinionis propugnator. Consobstantialis autem professores intra urbem in parva domo conventus agebant. Templis Macedonianæ religionis in urbibus plerisque adhuc tum præfuerunt, qui in Seleucia fidei formulam promulgaverant, eadem quæ Acacius sentientes. Eudoxius Macedonio successerat, Macedonius Paulo confessori, Paulus Nicomediensi Eusebio Ariano, Eusebius Alexandro, quem præcessit Metrophanes. Hic quidem tum Ecclesiarum fuit status.

113 CAPUT III.

De concilio Lampsaceno, et ut in exsilium pulsi sint consubstantialis cultores.

Postquam (2) vero rerum occidentalium cura Valentinianum Romam vocavit, atque is per Thraciam iter fecit, qui in Bithynia et Hellesponto fuere, aliique item episcopi, τοῦ ὁμοουσίου, consubstantialis, fidei addicti, ab Hypatiano Heraclææ

lentemque, non gravate, ut ea cogeretur, consensisse, propterea quod existimaverit rem omnem ibi ex sententia Eudoxii et Acacii actum iri.

sive Perinthi episcopo, ut ad imperatorem legatus iret, petierunt, ut episcopus omnes constituendi dogmatis gratia in unum locum convenire juberet. Qui ubi ad imperatorem legationem eam pertulit, imperator (1), « Mihi, inquit, negotiis occupato, et reipublicæ curis distento, res ejusmodi inquirere non facile est. Vos autem, quibus hæc procuratio mandata est, quocunque vultis loco conventum agite, et de rebus omnibus pie deliberate. » Hoc accepto responso, Lampsaci convenere, et duobus mensibus post, de rebus plerisque statuere (erat autem is annus a synodo Seleucena septimus), in primis, ut irrita essent, quæ Constantinopoli Eudoxii et Acacii suggestione sancita erant; atque ut etiam aboleretur ea fidei formula, quæ ibi producta fuerat, perinde atque ab episcopis occidentalibus dictata; cui etiam nonnulli subscripserant, promissione ea adducti, quæ ipsis de abolenda dissimilitudine secundum substantiam facta fuerat, qua tamen in re promissorum mendacio decepti erant. Acquiescendum autem esse sententiæ ei, quæ similem substantia Patri Filium proficitur; quod peropus esset et necessarium, ut in fidei formula ad subsistentias discriminatim significantes verbum ὁμοίου, hoc est, similis, adderetur. Solam vero in Ecclesiis omnibus frequentari debere, quæ Seleuciæ quidem confirmata, antea autem Antiochiæ promulgata esset, fidem, cum in ea urbe ecclesiæ dedicatio est celebrata. Insuper, ut qui sedibus suis ab eis expulsi erant, qui Filium Patri dissimilem esse opinarentur, episcopatus suos reciperent, quod illegitime scilicet ex ecclesiis suis essent deturbati. Quod si quis quemquam de re aliqua accusare vellet, ut ei id facere cum conditione illa liceret, ut idem et ipse subiret periculum. Judices autem inter eos ut essent provincię ejus episcopi, sententiam rectam sequentes. Testes autem episcopi ex finitimis producerentur regionibus, quibus cujusque vita probe cognita esset. **114** Hisce decretis factis, Eudoxium sectatoresque ejus evocatos, primum ad facinorum eorum quæ perpetrassent, pœnitentiam invitarunt. Ubi illi autem id contempserit, res actas ad Ecclesiis omnes perscripserunt. Cæterum veriti, ne Eudoxius aulam imperialem sibi conciliaret atque ipsis calumniam intenderet, placitum eis est acta Lampsacena ad imperatorem referre. Atque ita Valenti, qui fratrem ad veterem Romam proficiscentem usque ad Illyricum comitatus produxerat, redeunt, ad Perinthum Thraciæ rem omnem exposuere. Verum Eudoxius cum popularibus suis eos prævenerat, et aulæ studia sibi conciliata habebat. Itaque imperator Lampsacenis legatis, ne ab Eudoxio dissiderent, suavit. Atque ubi illi Eudoxii res, quas Constantinopoli atque etiam in synodo Seleuciæ fraudulenter eg-

Α ρακλειᾶς ἀρχιερεὶ προσιόντες, ἤξιον πρὸς βασιλεῖα πρὸςθεύειν, ὥστε προτραπῆναι ἅπαντας εἰς ἓν συνελθεῖν ἐπὶ διορθώσει τοῦ δόγματος. Τοῦ δὲ προσιόντος, καὶ τὴν πρὸςθείαν τῶν ἐπισκόπων ἀγγειλαντος, ὁ βασιλεὺς, « Ἐμοί, φησὶ, πράγμασιν ἐνείλημμένοι, καὶ τὰ τοῦ πλήθους ἐπιτετραμμένω, οὐκ εὐχερὲς τὰ τοιαῦτα διερευνᾶσθαι. Ὑμῖν δὲ οἷς, τοῦτο μέλει, ὅπη βούλεσθε καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι, θεοφιλῶς ἔκστα διασκέψασθε. » Κατὰ δὲ ταύτην τὴν ἀπόκρισιν ἐς Λάμψακον γεγονότες, ἐπὶ δυσὶ μηνσὶ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκαν· τοῦτο δ' ἦν ἔβδομον ἔτος ἀπὸ τῆς ἐν Σελευκειᾷ συνόδου. Καὶ προηγουμένως μὲν ἀκῶρα εἶναι ἐθέσπιζον τὰ ἐν Κωνσταντινουπόλει πεπραγμένα σπουδῇ τῶν περὶ Εὐδόξιον καὶ Ἀκάκιον· καὶ τὴν ἣν ἐκεῖσε προεκόμισαν πίστειως ἐκθεσιν, ὡς τοῖς ἔσπεροις ὑπαγορευθεῖσαν ἐπισκόποις· ἦν καὶ τινε; ἔπεισαν ὑπογράψαι ἐπὶ ὑποσχέσει τῆς τοῦ ἀνομοίου κατ' οὐσίαν ἀποκηρύξεως, ὃ διεψεύσαντο ἀθετεῖν· στέργειν δὲ τὸ, ὅμοιον εἶναι κατ' οὐσίαν τὸν ὕβν τῷ Πατρὶ· εἶναι γὰρ ἐπ' ἀνάγκης τὴν τοῦ ὁμοίου προσθήκην διὰ τὴν σημασίαν τῶν ὑποστάσεων· μόνην δὲ πολιτεύεσθαι πίστιν ἀπάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ, τὴν ἐν Σελευκειᾷ μὲν τὸ κῦρος δεξαμένην καὶ βεβαιωθεῖσαν, πρότερον δ' ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκτεθεῖσαν, τινίκα ἡ ἐκεῖσε δὴ Ἐκκλησία τὴν ἀφιέρωσιν ἔσχε. Τοὺς δὲ τῶν θρόνων ἀπωσθέντας παρὰ τῶν ἀνόμοιων τὸν ὕβν τῷ Πατρὶ δοξαζόντων ἀναλαμβάνειν αὐθις τὴν ἱερωσύνην, ὡς ἀθέσμως τῶν οἰκείων θρόνων ἀπελαθέντας. Εἰ δὲ τις ἄλλο τι αὐτῶν κατηγορεῖν βούλοιο, τοῦτο πράττειν τὸν ἴσον κίνδυνον ἀναρρίπτοντα· δικαστὰς δ' εἶναι τοὺς ὀρθὰ φρονεῖν ἤρημένους τῶν ἐπισκόπων τῷ ἔθνεϊ· τοὺς δὲ μάρτυρας ἐκ τῶν πέλας εἶναι ἐπαρχίων, οἱ τὰ ἐκάστῳ βεβαιωμένα εἶδεῖν ἂν ἐς ταυτὸ συνιόντες. Ταῦτα διαταξιμένοι, τοὺς περὶ Εὐδόξιον συγκαλοῦντες, μετάνοια ἀπῆλθον τῶν πεπραγμένων πρότερον. Ὡς δ' ἤκιστα ἤκουον, ταῖς ἀπανταχοῦ ἐκκλησίαις τὰ πεπραγμένα ἐδήλουν. Ἐν νῷ δὲ θέμενοι τὸν μὴ ὑφ' ἑαυτὸν ποιῆσθαι τὰ βασιλεία, καὶ ἐς διαβολὴν αὐτῶν κατασταλῆ, ἔγνωσαν βασιλεῖ τὰ ἐν Λαμψάκῳ γενόμενα ἀναφέρειν. Καὶ δὴ ἐπανιόντι Οὐάλεντι περὶ τὴν ἐν Θράκῃ Πέρινθον ἐντυχόντες, τὰ πεπραγμένα ἐδήλουν. Τῷ γὰρ ἀδελφῷ ἀποδημοῦντι ἐς τὴν πρὸςθευτέραν Ῥώμην, μέχρι τῆς Ἰλλυρίας συνῆλθεν. Ἀλλὰ ἡ προλαβὼν Εὐδόξιος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ὡς κελινῶ ἐδόκει διέθετο τὰ ἀνάκτορα. Καὶ δὴ τῶν ἐκ Λαμψάκου πρὸςθεων βασιλεῖ προσιόντων, μὴ διαφέρεισθαι πρὸς Εὐδόξιον κελίνους ἤξιον. Ὡς δὲ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένην ἀπάτην τῷ Εὐδόξῳ, εἰ δὲ καὶ τὰ κατὰ τῆς ἐν Σελευκειᾷ συνόδου ἐπητιῶντο· εἰς θυμὸν ὁ βασιλεὺς ἐκτραπεῖς, τοὺς μὲν πρὸςθευς ὑπερορίαν οἰκεῖν κατεδίκαξε· τοῖς δὲ περὶ Εὐδόξιον τὰς ἐκκλησίας προτέταττε δίδοσθαι. Αὐτὸς δὲ τὴν τῶν Σύρων κατελάμβανεν Ἀντιόχειαν· εἶδεδις γὰρ, μὴ οἱ Πέρσαι τὰς ἐπὶ Ἰοθιανῶ τριακον-

(1) Verba hæc apud. Soz. lib. vi, cap. 7, sic habent: Ἐμοί μετὰ λαοῦ τεταγμένω οὐ θέμις τοιαῦτα ποιεῖν. Οἱ δὲ ἱερεῖς, οἷς τούτου μέλει, καθ' ἑαυτοὺς ὅπη βούλονται συνίτωσαν. Hoc est: Mihi,

qui laicus sum, talia curiose inquirere fas non est: episcopi vero, quibus hoc est cura, quo volunt loco conventum agant.

τούτους σπονδὰς λύσαντες, τοῖς ἐκέλευε ἐπιθῶνται ἄμα μέρσιν. Ἐκείνων δὲ μηδὲν νεωτερίζοντων, ἐπ' Ἀντιοχείας διατρίβων τὰς ἐκκλησίας ἐτάραττε. Καὶ Μελέτιον μὲν τὴν θεὸν ὑπερορῶν φυγῇ ἐξημίωσε· τοῦ δὲ Παυλίνου διὰ πολλὴν μετριότητα τοῦ ἡθους ἐφέσατο. Καὶ ὅσοι δὲ Εὐζῶτῳ μὴ κοινωνεῖν ἤρουντο, ὑπερορούς ἐποίησεν· καὶ ἄλλως δὲ ἐπιτρίβων ἤκλιζετο καὶ ἐξημίου ἐς χρήματα.

atque ibi Ecclesias turbavit. Nam divum Meletium propter singularem morum modestiam pepercit. Quicumque autem communicare cum Euzoio nolent, eos aut exsilio multavit, aut aliter, verberibus scilicet afficiens et multam eis dicens, male accepit.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ τῆς τυραννίδος Προκοπίου· καὶ περὶ τοῦ τεύχους Χαλκηδόνας, καὶ τοῦ εὐρεθέντος ἐκείσε χρησίου· καὶ περὶ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγῶνι.

Καὶ γὰρ εἰς πολλὴν ἀνὸς ὠμότητα προὐχώρει, εἰ μὴ Προκόπιος τυραννήσας πρὸς βραχὺ τῆς ὁρμῆς ἐκείνου ἀνέστειλεν. Οὗτος γὰρ εἰς Ἰουλιανὸν τὸ γένος ἀνάγων, ἐπὶ Ἰουλιανῷ τὸ τυραννεῖν ἐπιβάλλει. Τὴν δὲ Χαλκηδόνα καταλαβὼν, λάθρα τε τὴν Κωνσταντινουπόλιν εἰσὼν, τὴν βασιλείαν ἀρπάζει. Στρατὸν δ' οὐκ ἐλάχιστον ἐν βραχεῖ ἀθροίσας, κατὰ τοῦ κρατοῦντος ἐφέρετο. Οὐάλης δ' ἐκ Συρίας ἐλάσας, περὶ Νακώλειαν τοῦτῳ συμβῆγγυται· ἐκείθεν δ' ἤτηθησθε, εἰς Νίκαιαν παραγίνεται. Προδοσίᾳ δὲ τῶν περὶ αὐτὸν ἀλοῦς, Γομαρίου τε καὶ Ἀγγέλου. ὁ δὲ τῶν δεσπότης Οὐάλεντι παραδίδεται· ξένους δὲ τιμωρίας καὶ ἀμφῶ ἀνήρηται· τοὺς μὲν γὰρ πρίσιν ἀπὸ τῶν διελθόντων, ἀπέκτεινε, ἐν δευτέρῳ τοὺς ὄρκους ὀλέων· οὗς αὐτοῖς ὁμωμόκει ὡςτ' εὐνοῦς ἔσαι εἴη. Προκοπίου δὲ θένδρεσι δύο οὐ μακρὰν διεστῶσιν ἐπὶ κίμψος τὰ ἔκτρα, ἐκατέρῳ φωτῶ ἐκάτερον προσῆψε σκέλος· ἔπειτ' ἀφῆκεν ἐγείρεσθαι. Τὰ δὲ πρὸς τὴν εἰρωθεῖαν στάσιν ἀνορθωθέντα, τὸν ἀνδρα διέσπασε· καὶ οὕτως ὁ τύραννος, διχῆ διαιρεθεὶς, ἀπεφάρη. Ὁ δὲ βασιλεὺς λυεῖν τὰ τεύχη Χαλκηδόνας· τῆς καταντικρὺ Βυζαντιοῦ κειμένης ἐκέλευεν. Ἐφθῆ γὰρ ἐπαρσάμενος ἑαυτῷ τοῦτο πράξιν νικήσας, τὸν τύραννον, ὅτιπερ Χαλκηδόνοι τυραννικὰ φροήσαντες, τὴν βασιλείαν στοργῆν ἠθέτησαν· προσιόντα γὰρ περιόδρισαν, τὰς τῆς πόλεως αὐτῷ ἐπιζυγώσαντες πόλας. Τὸ μὲν οὖν τεύχος τῆ κελύσει τοῦ κρατοῦντος ἐλύετο· ἐξάπινα δὲ οἱ λίθοι ἐν Κωνσταντινουπόλει πρὸς τὸ δημόσιον λουτρὸν μετεφέροντο Κωνσταντιανόν. Καὶ δὴ λυομένου τοῦ τεύχους, ἐν τινὶ λίθῳ μεταρσίφ γραμμασι κατὰ θάθος κεχαραγμένος χρησμός εὐρηται παλαιῆς διεξιῶν, ὡς ἦνικα θαφιλὲς ὕδωρ ὑπάρξει τῇ πόλει, τῆνικῶτα τὸ μὲν τεύχος· ὅπουργῆσει λουτρῷ· ἔθνη δὲ μυρία τὴν Ῥωμαίων ἐπελθόντα γῆν, πολλὰ τε δράσει κακά· τέλος δὲ καὶ αὐτὰ φθαρέντα διδῶνται. Κωλύει δὲ ἄρα οὐδὲν φιλομαθίας χάριν καὶ τὸν χρησίου ἐν προσθεῖναι τῇ ἱστορίᾳ.

Ἄλλ' ὅτε δὴ (φησὶ) ῥύμψαι δροσερὴν κατὰ ἄστυ χυγέλην

rat, accusantes reprehenderunt : ira percitus. Imperator oratores quidem in exsiliū egit, ecclesiās autem eorum Eudoxii studiosis mandari iussit. Ipse vero Antiochiam Syriæ est profectus. Veritus namque fuerat, ne Persæ, tricennali, quæ sub Joviniano facta fuerat, pace soluta, in regionem eam excurrerent. Porro ubi illi novarum rerum nihil moliri comperti sunt, Antiochiæ mansit, solum exsiliū causa vertere cogit : Paulino autem quicumque autem communicare cum Euzoio nolent, eos aut exsilio multavit, aut aliter, verberibus scilicet afficiens et multam eis dicens, male accepit.

B

115 CAPUT IV.

De tyrannide Procopii ; et de muro Chalcedonis, ibique invento oraculo : et de aquæductu Constantinopolitano.

Et profecto ad graviorem ille feritatem processisset, nisi impetum ejus Procopius, ad tyrannidem aspirans, ad breve tempus inhibuisset. Is namque genus suum ad Julianum referens, et sub Joviniano tyrannidem affectans, Chalcedonem occupaverat, et clam Constantinopolim ingressus, imperium arripuerat. Tum vero, non contemnendo coacto exercitu, adversus imperatorem infestis signis est profectus. Cui Valens ex Syria obviam progressus, circa Nacoliā certamine cum eo est congressus, et victus inde Nicæam pervenit. Sed mox Procopius a proditoribus Comario et Ageloue, quos fidos sibi esse putaverat, captus et vincitus Valenti esto traditus. In utrumque porro proditorum novo supplicii genere, jurejurando quo se illis benevolūm semper fore receperat spreto, animadvertit. Crudelem enim in modum serris dissectos interemit. Procopius autem ad arborum duarum non longe inter se distantium vertices adductos pedibus alligatus, eisdem mox ad naturalem statum suum redire permissis, discerptus est. Sic scilicet tyrannus in duas distractus partes interiit. Imperator autem Chalcedonis, quæ e regione Byzantio sita est, muros dirui jussit : nam id se, sibi ipsi quoque dira precatus, facturum esse tyranno devicto juraverat, propterea quod Chalcedonii tyranni partes secuti, pietatem et fidem imperatori debitam abjecerant. Nam eum, cum ad urbem eam accessisset, contumeliose conviciis proscissum portis clausis excludere. Mœnia igitur principis jussu diruebantur, et saxa statim Constantinopolim ad publicum lavacrum, quod Constantinianum vocatum est, extruendum transferebantur. Enimvero cum sic murus dirueretur, in sublimi quodam saxo, litteris altius incisus oraculum conscriptum repertum est, illud denuntians : Ubi copiosiore aqua urbs abundatura esset, tum fore ut murus lavacro inserviat ; gentes autem innumeras, Romanorum vastantes imperium, multum afferant detrimenti, tandem vero et ipsæ cæcæ intereant. Sed nihil obstat, quominus studiosorum causa oraculum ipsum hic apponatur.

116 In media liquidas cum ducent urbe choreas,

*Vitrea volventes læta vestigia nympha,
Mœniaque excipient trepidante lavacra susurro:
Tum varie numerum superantia millia gentis
Effera Mavortis ævi spirantia vires,
Undis transmissis flavi resonantibus Istri,
Mysos excident armis, Scythicosque colonos.
Atque ubi Threicius fera gens invaserit agros,
Hic illos fatum bellantes opprimet atrox.*

Accidit porro postea, ut aquæductus quem Valens exstruxit, plurimum aquæ urbi suppeditaret, et barbaræ nationes maxime adversus Romanos moverentur, sicuti paulo post a me dicitur. Alii oraculum hoc alio accipere modo. Eo enim aquæductu perfecto, Clearchus præfectus urbi in Theodosii foro lavacrum maximum fieri curavit. Id opus, copiosa aqua (1) dictum, cujus gratia urbs anniversarium conventum celebrare est solita: atque id ipsum obscurius per oraculum verbis hisce significatum esse existimantur:

*In media liquidus cum ducent urbe choreas,
Vitreu volventes læta vestigia nymphae.*

Hæc de oraculo. Cæterum cum Chalcedonensium inuri, sicuti diximus, frangerentur, cives Constantinopolitani et Bithyni, Nicomedienses et Nicæni, imperatori supplicarunt, ne mœnia tam firma et ampla frustra dirui pateretur. Et ille, quamvis ira plenus, ægre quidem, attamen precibus eorum acquievit: et juramento quod debebat, tribuens, diruendo simul et restaurando minoribus aliis saxis structuram eam restituit; quod opus ad finem quoque suum est perductum. Hæc mœnibus Chalcedoniorum accidere (2). Post bellum adversus Procopium gestum, grando maxima lapidibus ingentibus persimilis e caelo decidit, et motus terræ graves variis in locis exsistere, qui præ aliis locis maximum Nicææ Bithynorum urbi, ea universa prostrata, damnum dedere. Duodecimus is erat a Nicomediensi subversione annus. Nec multum intercessit temporis, cum alius terræ motus abortus, idem Germæ Hellesponti civitati fecit. Hæc porro omnia turbarum ecclesiasticarum fuerunt indicia. **117** Grandinem namque et terræ motus multi mortales Dei adversus imperatorem ira accidisse dixerunt, propterea quod multos ad episcopalem dignitatem evectos in exsilium egerat, alios autem mox acturus fuerat, qui Eudoxio in fidei sententia non suffragarentur. Atque in ejuscemodi calamitatibus nihil prorsus vel Eudoxius vel imperator de studio suo remittebant, quod uterque a se dissentientes crudeliter abigere conaretur. Multique adeo sacri viri ad exsilium condemnabantur. Soli autem, divina providentia, propter excellentem virtutem, exulare jussi non sunt, Basilius magnus Cappadocum Ecclesiæ antistes, et Gregorius, qui tum Nazianzi (quod tenue oppidum prope Cæsaream situm est) Ecclesie præfuit. De quibus viris paulo post dicemus.

(1) Ὑδραγωγόν. (Socrat.)

(2) Julii, Joviano et Lucino coss. Socr. lib. iv, cap. 10.

*A Τερπόμεναι στήσονται ἐδυστεφθεας κατ' ἀγνιάς,
Καὶ τείχος λουτροῖο πολύστονον ἔσσειται ἀλικαρ.
Δὴ τότε μυρία φύλα πολυσεπέων ἀνθρώπων,
Ἄγρια μωραίνοντα, κακὴν ἐπιειμένα ἀλικήν.
Ἰστρου καλλιρροῖο πέρον διαβάντα σὺν αἰχμῇ,
Καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώραν, καὶ Μυσίδα γαίαν.
Θρηάκιος δ' ἐπιβάντα σὺν ἑλλίσι μαιρομένησιν,
Αὐτοῦ κερ βίότοιο τέλος καὶ πότμον ἐπίσποι.*

Ὁ μὲν δὴ χρησμὸς οὗτος· συνέθη δ' οὕτω μετὰ χρόνον τὸν ἐκπύον τὸ ὕδατος δν Οὐάλης κατεσκεύασε, διαφίλεις χορηγήσαι τὸ ὕδωρ τῇ πόλει, καὶ τὰ τῶν βαρβάρων φύλα μάλιστα κινήθηαι, ὡς μετὰ βραχὺ μοι λελέξεται· καὶ κατ' ἄλλον δὲ τρόπον τινὲς τὴν τοῦ χρησμοῦ ἔνοιαν ἐξελάθοντο· τοῦ γὰρ ὕδραγωγοῦ κατασκευασθέντος ὕδρειον μέγιστον ἐν τῇ Θεοδοσίου ἀγορᾷ ὁ τῆς πόλεως ὑπαρχος Κλέαρχος κατεσκεύασεν· ὁ διαφίλεις ὕδωρ ὠνόμασται· ἐφ' ᾧ καὶ ἡ πόλις ἐτησίαν ἔγε πανηγυριν. Καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι τῷ χρησμῷ εἰρημένον,

..... χορείην
Τερπόμεναι στήσονται ἐδυστεφθεας κατ' ἀγνιάς.
Καὶ τὰ μὲν τοῦ χρησμοῦ ταυτα· τοῦ δὲ Χαλκηδονέων τείχους λυομένου, οἱ τῆς Κωνσταντινου καὶ Βιθυνοί, οἱ τ' ἐκ τῆς Νικομηθεύς καὶ Νικαεῖς, ἰκέται τοῦ βασιλέως ἐγένοντο, μὴ τὰ Χαλκηδόνος τείχη οὕτω μὲν στερεώθητος, οὕτω δὲ μεγέθους ἔχοντα, ἐπικενῆς παραλύειν. Ὁ δὲ καίπερ περιοργῆς ὢν, μόλις μὲν, ὁμῶς τὴν πρεσβείαν ἐδέχετο. Τῷ δ' ὄρκῳ ἀφοσιούμενος τὸ εἶδος, ἅμα τε λύειν, ἅμα τε ἀνοικοδομεῖν, ἑτέροις βραχυτέροις λίθοις τὴν οἰκοδομήν ἤγειρεν· ὁ καὶ εἰς πέρας ἤγετο. Ἀλλὰ περὶ τοῦ Χαλκηδονέων τείχους τάδε συνέθη. Μετὰ δὲ τὴν κατὰ Προκόπιον πόλεμον χάλασα μεγίστη οὐρανόθεν ἠνέχθη, λίθοι· μεγάλοις ἐξεικασμένη· σεισμοὶ τε κατὰ διαφόρους τόπους ἐξίσιοι ἐπεγένοντο· οἱ μάλιστα τῶν ἄλλων, Νικαίᾳ τῇ Βιθυνῶν ἐλυμήναντο, πάμπαν αὐτὴν καταστρέψαντες. Ἔτος δ' ἦν τοῦτο δωδέκατον μετὰ τὴν τῆς Νικομηθεύς καταστροφῆν. Οὐ πολλῶ δὲ ὕστερον ἕτερος σεισμὸς ἐπιγενόμενος, τὰ Ἰσα Γέρμη τῇ ἐν Ἑλλησπόντῳ ἔποιε. Ἦσαν δὲ ἄρα ταυτα τεκμήρια τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ταραχῆς. Τὴν τε γὰρ χάλασαν καὶ τοὺς σεισμοὺς πολλοὺς κατὰ θεομηνίαν ἐφασκον γενέσθαι βασιλεῖ· ὅτιπερ πολλοὺς τῶν ἱερᾶσθαι λαχόντων ὑπερορίους ἔποιε· ἄλλους δὲ ποιεῖν ἐμελλε, μὴ τὰ Ἰσα Εὐδοξίῳ αἰρουμένουσ φρονεῖν. Ἄ δὲ γενόμενα οὐδεμίαν ἀναστολήν ἔποιε Εὐδοξίῳ, οὕτε μὴν βασιλεῖ. Σπουδὴν δ' ἐποιούοντο τοὺς μὴ ὁμοφρονούντας ἀπηνῶς ἐλαύνειν. Καὶ πολλοὶ μὲν τῶν ἱερῶν ἀνθρώπων φεύγειν κατεδικάζοντο· μόνοι δὲ θεῖα προνοία δι' ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ἀγευστοὶ φυγῆς μεμενήκεσαν. Βασιλεὺς τε ὁ μέγας τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ ἐκκλησίας ἡγεμονεύων, καὶ Γρηγόριος ὁ τῆς Νιζιανζοῦ προεστὴς, πολέχνης εὐτελοῦς ἄγχιστα τῆς Καισαρέων διακεμῆνης· περὶ ὧν μικρὸν ὕστερον διαλήψομαι.

ΚΕΦΑΛ. Ε΄.

Α

CAPUT V.

Περὶ Ἐλευσίου τοῦ Κυζίκου, καὶ Εὐνομίου· ἐπι
δὲ καὶ περὶ Ἀγγελίου τοῦ ἐπισκόπου τῶν Ναυα-
τιανῶν.

De Eleusio Cyziceno et Eunomio; item de Agelio
Novatiano episcopo.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Οὐάλης τῆνικαῦτα τῶ κατὰ Προ-
κοπίου πολέμῳ ἐνευτυχήσας, κατὰ τῆς Ἐκκλησίας
αἰδῆς ὠπλίζετο, πᾶσαν θρησκείαν Ἀρειῶ ἐπίστη;
φρονεῖν μάλα ἐκδιαζόμενος· μάλιστα δὲ ὑπερφυῶς
κατὰ τῶν ἐν Λαμψάκῳ συνελθόντων ἐπρίετο· οὐ
μόνον ἐπι τοῖς Ἀρειανίζοντας τῶν ἐπισκόπων ἀπώ-
σαντο, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν Ἀριμίνη τῆς πίστεως ἐκθε-
σιν ἀπεκέρυξαν. Καὶ δῆτ' ἐκ Νικαίας ἀπάρας, κα-
ταλαμβάνει τὴν Νικομήδειαν. Ἐκεῖθεν δὲ πέμψας,
ἔχει παρ' ἑαυτῶ τὸν Κυζίκου Ἐλεῦσιον, ὃς τῇ Μα-
κεδονοῦ γνῶμῃ μᾶλλον προσέκειτο· καὶ σύλλογον
Ἀρειανίζόντων ἐπισκόπων ἀθροίσας, κοινωνεῖν ἐκεί-
νοις τῆς πίστεως ἐθιάζετο· ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα γεν-
ναίως εἶχε καὶ ἀνδρείως ἀντέτεινε τὴν κοινωनीαν
ἀπαγορεύων· ὡς δ' ὑπερβρίον ποιεῖν καὶ τὰ προ-
σίντα οἱ ἀφαιρεῖσθαι ἠπελπεῖ, δεῖσας, ἐκὼν ἀκοντί-
γε θυμῷ τὸ προσταχθὲν εἰς πέρας ἤγει τῷ βασιλεῖ.
Καὶ οὕθῳ; μεταμέλιον ἔχρητο, καὶ ἐπὶ Κυζίκου
γενόμενος, ἐκκλησιάζει τὸ πᾶθος, καὶ τὴν ἀμαρ-
τίαν παρῆρησά ἐξήγγελλε· προσετίθει γε μὴν καὶ
ἕτερον ἐπίσκοπον ἐκκαλεῖσθαι· ἑαυτῷ γὰρ μὴ προ-
σέκειν τοῦ λοιποῦ ἱεράσθαι, τὴν σφετέραν πίστιν
προδιδῶντα. Εὐνοιο; δὲ τὰ μάλιστα αὐτῷ ὄντες Κυ-
ζικηνοί, τὴν γὰρ ἐκεῖνου πολιτείαν κατὰκρως ἠ-
δοῦντο, ἕτερον ἱερέα οὐχ εἶλοντο, οὔτε μὴν ἑτέρῳ
παρεχώρου τῆς Ἐκκλησίας· ὑπ' αὐτῷ δὲ ἦσαν
ταπεινοὶ τῆς οἰκείας δόξης μετατιθέμενοι οὐδα-
μῶς. Ὡς δὲ ταῦτ' Εὐδόξιος ἐγνώ, τῆς Ἀρειανῆς αἰ-
ρέσεως ἐν Κωνσταντινουπόλει προσεστηκώς, χειροτο-
νεῖ αὐτοῖς τὸν Εὐνόμιον· φρετο γὰρ δεῖν τὸν ὄντα
λέγειν, θάπτον μεταπεισεῖν Κυζικηνοῦς, πειθοῖ τι-
ναίμονα πρὸς τὴν σφετέραν ἐφεκλύσασθαι δόξαν.
Ἐπεὶ δὲ εἰς Κύζικον ἦκεν Εὐνόμιος, προστάγματι
βασίλειως τῶν μὲν ἐκκλησιῶν ἐκράτησε, τοῦ Ἐλευ-
σίου ἐξελθάνετος· οἱ δ' ἐκεῖνον πειθόμενοι, ἐξω-
τειχῶν γενόμενοι, πρὸ τῆς πόλεως τὰς συναγωγὰς
πιστούμενοι ἐκκλησιάζον. Ἀλλὰ περὶ μὲν Εὐνομίου
καὶ τῆς ἐπωνόμου τούτου αἰρέσεως μικρὸν ὕστερον
κατὰ χώραν ἐρῶ· οὐ μόνον δὲ Μακεδονιοί, ἀλλὰ
καὶ οἱ τὸ δόγμα τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων πρε-
σεβύοντες τῶν ἰσων κακῶν κατὰ τὴν Κωνσταντινου-
πόλιν ἐπειρῶντο. Ἐπίσης δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ τὰ Ναυά-
τιου φρονούντες, ἅτε δὴ καὶ οὗτοι τῇ τοῦ ἁμοουσίου
δόξῃ προσκείμενοι· ὧν δὴ καὶ τὰς ἐκκλησίας ἀφαι-
ρεῖσθαι ἐκέλευε βασιλεὺς· τοὺς δὲ ἄλλους ἀποκλείειν
οὐκ εἶχε· ἥδη γὰρ ἐκ πολλοῦ ἀφελῆς Κωνσταντίος.
Τὸν δ' ἐπίσκοπον ἐκεῖνων Ἀγγέλιον, ὃς ἀπὸ τῶν
Κωνσταντινοῦ χρόνων τῆς τῶν Ναυατιανῶν Ἐκκλη-
σίας ἤγειτο, καὶ ὑπερβρίον ἐποιεῖτο· ἐλέγετο δὲ
οὗτος, ὡς Σωκράτης δοκεῖ, θαυμασίῳ; βιοῦν. Τό τε
γὰρ ἐν φιλοσοφίᾳ μέγιστον ἐκέκτητο, κτήσεως ἀπά-
σης καὶ χρημάτων ἐλευθερος ὢν· καὶ ἡ ἀγωγή τὸν
ἐργάτην ἰδοῖσκον· ἐνὶ γὰρ χιτωνίσκῳ σκεπόμενος;

Imperator Valens, bello contra Procopium pro-
spere gesto elatus, adversus ecclesiam rursus ar-
ma paravit, vim religionibus omnibus, ut se Arian
dogmati accommodarent, inferens. Maxime vero
contra eos qui Lampsaci conventum egerant,
frendebat, quod non modo Arianis episcopis digni-
tatem obrogassent, sed etiam fidei formulam Ari-
mini promulgatam damnassent. Et Nicæa profe-
ctus, Nicomediam venit, atque eo Eleusium Cyzici
episcopum ad se accivit, qui Macedonii sententiæ
magis addictus erat. Congregatoque Arianorum
episcoporum cœtu, ut cum illis eandem commu-
niquè fidem complecteretur, imperavit. Porro
Eleusius primum generose et fortiter illorum
communione aspernatus restitit: ubi autem
imperator exsiliu ei bonorumque publicationem
minatus est, metu percussus, libens quidem, sed
non libenti animo, quod imperator jussit, fecit.
Verum confestim pœnitentia ductus, cum Cyzicum
venisset, apud multitudinem in conventu publico
peccatum suum propalam est confessus: illud in-
super addens (1), ut alium sibi sacrorum delige-
rent antistitem; sibi enim deinceps episcopatu
gerere, quod fidem suam prodiderit, minus con-
venire. **118** Cyziceni autem, quod summa eum
complecterentur benevolentia, et conversatione
ejus maximopere delectarentur, episcopum alium
non receperunt, neque alii Ecclesiam regendam:
sed ipsi Eleusio subditi, sententiam permise-
runt suam minime mutare. Quod ubi Eudoxius
Arianæ sectæ Constantinopoli præfectus cognovit,
episcopum illis ordinavit Eunomium. Putavit nam-
que fore, ut is eloquentia sua brevi per felicem
quamdam persuadendi vim Cyzicenos demulsos
ad opinionem suam pertraheret. Et postquam
Eunomius Cyzicum venit, ecclesias quidem, Eleu-
sio imperatoris jussu expulso, vacuas recepit,
plebs autem, Eleusio obsequens, extra urbem con-
ventus agebat. Sed de Eunomio et ejus hæresi
suo loco paulo post dicam. Verum enimvero non
modo Macedoniani, sed etiam Nicænum dogma
comprobantes Constantinopoli eisdem afficieban-
tur malis: neque eo minus etiam Novatiani, qui
et ipsi consubstantialis professionem complecteban-
tur; quapropter eis quoque ecclesias adimi
imperator præceperat. Alios præterea, quos ex-
cluderet, non habebat; antea enim dudum Con-
stantiani hæreticis reliquis ecclesias eriperat.
Agelium quoque episcopum, qui a Constantini
temporibus, ad eum usque diem, Novatianorum
ecclesiis præerat, in exsiliu Valens egit. Qui
sane, quemadmodum Socrati videtur, admiran-
dam egit vitam. Nam in eo, quod in philosophia

(1) Et simul de vi sibi illata conquestus. Socr. lib. iv, cap. 6.

maximum est, fuit : possessiones enim nullas neque quidquam pecuniæ habuit. Et vitæ ejus institutum id maxime declaravit. Unica enim veste contentus fuit, et evangelicis decretis insistens, calceamentis usus non est. Cæterum non multo post, ab exsilio revocatus, ecclesias suas recepit, et libere in eis conventus egit. Quod ut fieret, Marcianus quidam effecit, vir vita simul et doctrina admodum spectatus, qui dudum quidem suum in imperatoria aula obtinuerat locum, tum autem apud Novatianos in presbyterorum ordinem cooptatus, imperatoris filias Anastasiam et Carsam grammaticæ præcepta docebat, sub quarum nomine publica lavacra Constantinopoli Valens construxit. **119** Ejus viri gratia Novatianorum ecclesiæ, ad breve tempus clausæ, rursus sunt apertæ. Sed ne eo quidem pacto prorsus ab Ariatorum turbis fuere immunes : qui eis infensi propterea erant, quod Nicænæ fidei dogmatis defensores valde amarent et complecterentur, aliis opinionibus plurimum ab illis dissidentes.

CAPUT VI.

De Macedonianis, et τοῦ ὁμοουσίου, consubstantialis, cultoribus, et de legatione piorum Romam missa.

Eudoxio et popularibus ejus adversus eos qui sincere Nicænami colebant fidem conatus probe succedere visi sunt. Nam in maxima ditionis Valentis parte, et potissimum in Hellesponto, Thracia, Bithynia atque aliis in circuitu vicinis et ulterioribus etiam terris, neque ecclesiis jam illi præsuere, neque episcopos suos habuere. Macedonianis autem, qui permulti in regione ea rectam jam consecutantes sententiam erant, non minus infesti, inhumaniter et ipsos sunt persecuti. Atque isti propter imminetia mala oppido in angustum redacti, alii ad alios per urbes legatos misere : et tandem ad fratrem Valentis Romam sibi confugiendum, et cum Liberio potius, cujus fidei professionem amplectebantur, quam cum Eudoxio communicandum esse statuere. Itaque Eustathium Sebastie, cui aliquoties adempta fuerat dignitas, et Sylvanum Tarsi Ciliciæ, atque Theophilum Castabalarum (1) episcopos Romam legarunt, eisque mandarunt ut ne cum Liberio de fide contenderent, sed potius cum Romana communicarent Ecclesia, ac consubstantialis professionem comprobarent. Illi cum litteris eorum, qui ab aliis Seleuciæ segregati fuerant, in Italiam pervenere, atque ibi imperatorem Valentinianum, propterea quod in Gallia (2) contra Sauromatas bellum gereret, non viderunt. Cum autem Liberio epistolas quas secum attulerant offerrent, recipere is eas renuit, Arianos eos esse, nec ab Ecclesia sua agnosci posse, qui Nicænâ abolevissent fidem, dicens. Cui illi responderunt, se per legitimam pœnitentiam ad veritatis cognitionem rediisse, sententiam τοῦ ἀνομοίου abjecisse, et Filium per omnia Patri similem professos esse : **120** nihilque ab ὁμοουσίου, consubstantiali, κατὰ πάντα ὁμοιον, hoc est, per omnia similem, differre. Quibus verbis auditis, Liberius professionem eorum in scriptum relatam ab eis exegit. Atque illi libellum ei, in quo etiam Nicænâ fidem inseruerunt, obtulerunt. Epistolas quidem, quas secum Smyrna ex Asia et ex Pisidia, Isauria, Pamphylia et Lycia, ubi conventus egerant, attulere, propter prolixitatem hic non apposui. Libellus autem, quem Eustathius cum collegis suis Liberio dedit, sic habet :

(1) Ciliciæ hæc civitas est. (Soer.)

(2) Ecclesiasticæ historiæ scriptores videntur Gallos et Germanos pro eadem gente habuisse. In

(a) Hic deficit textus Græcus hujus capituli et duodecim sequentium.

διετέλει, τοῖς ὄροις τοῦ Εὐαγγελίου στοιχῶν, καὶ ὑποδημάτων δίχα διόλου ἐβάδιζεν. Οὐ πολλῶν δὲ ὑπερὸν μετακλήθει, τὰς ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας κατέσχε, καὶ ἀδεῶς ἐκκλησίαζε. Πρόξενος δὲ τούτων αὐτῷ Μαρκιανὸς τι ἐγένετο, ἀνὴρ βίω καὶ λόγῳ θαυμασίῳ· συζῶν· ὃς πάλαι μὲν ἐν τοῖς ἀνακτόροις στρατείας ἐπέλιπτο· τότε δ' ἱερᾶσθαι λαχὼν Ναυατιανοῖς, τὰς βεσιλιῶς θυγατέρας, Ἀναστασίαν καὶ Καρῶσαν, λόγους γραμματικούς· ἐξεπαίδευεν· ὧν καὶ τὰ δημόσια λουτρά τῇ Κωνσταντινίου κατασκευασθέντα Οὐάλης ἐποίησε. Αἰδοῖ τοίνυν τάνδρος πρὸς ὀλίγον αἱ τῶν Ναυατιανῶν ἐκκλησίαι κλεισθεῖσαι αἰθῆ· ἠνόηγοντο· οὐ μέντοι καὶ οὕτω τῆς ἐκ τῶν Ἀρειανῶν ταραχῆς παντάπασιν ἦσαν ἐλεύθεροι· διὰ μίσους γὰρ ἦσαν αὐτοῖς, ὅτι περ τοὺς τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως ὑπερασπίζοντας ἡγάπων σφόδρα καὶ ἐστεργον, καί περ κατ' ἄλλην ὁξεν πλείστα διαφερόμενοι.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ τῶν Μακεδονιῶν καὶ τῶν φρονούντων τὸ ὁμοουσίου· καὶ περὶ τῆς εἰς Ῥώμην πρεσβείας τῶν εὐσεβῶν.

Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀκραιφνῶς τὴν ἐν Νικαίᾳ σέβοντας πίστιν παρὰ τοῖς περὶ Εὐδόξειον κατορθοῦσθαι ἐδόκει τὸ σπουδαζόμενον· τῷ γὰρ πλείστῳ μέρει τῆς ἐπικρατείας Οὐάλεντος, καὶ μάλιστα ἀνά τε τὸν Ἑλλησπόντον καὶ Θράκην καὶ Βιθυνίαν, καὶ ἐτι τὰ κύκλιον τούτων καὶ προσωτέρω, οὗτε ἐκκλησιῶν ἦρχον· ἀφηρημένοι δὲ καὶ τῶν ἱερᾶσθαι τούτοις λαχόντων ἦσαν. Πρὸς δὲ τοὺς τὰ Μακεδονίου φρονούντας, πολλαπλάσιοι γὰρ ἦσαν ἀνὰ τὸδε τὸ κλίμα οὗτοι τῶν ὀρθῶν φρονεῖν ἠρημένων, χαλεπαίνοντες τούτοις σφόδρα, ἀπανθρώπως ἐδίωκον. Οἱ δὲ τῶν ἐπιχειμένων κακῶν τῷ δεῖε στενοχωρούμενοι, πρὸς ἀλλήλους κατὰ πόλεις διαπρεσθευόμενοι, δεῖν ἰδοκιμαζόν ἐπὶ τε τὸν ἀδελφὸν Οὐάλεντος καταφεύγειν ἐς Ῥώμην, Λιβερίῳ τε κοινωνεῖν, ἢ τοῖς περὶ Εὐδόξειον (a).

et Sylvanum Tarsi Ciliciæ, atque Theophilum Castabalarum (1) episcopos Romam legarunt, eisque mandarunt ut ne cum Liberio de fide contenderent, sed potius cum Romana communicarent Ecclesia, ac consubstantialis professionem comprobarent. Illi cum litteris eorum, qui ab aliis Seleuciæ segregati fuerant, in Italiam pervenere, atque ibi imperatorem Valentinianum, propterea quod in Gallia (2) contra Sauromatas bellum gereret, non viderunt. Cum autem Liberio epistolas quas secum attulerant offerrent, recipere is eas renuit, Arianos eos esse, nec ab Ecclesia sua agnosci posse, qui Nicænâ abolevissent fidem, dicens. Cui illi responderunt, se per legitimam pœnitentiam ad veritatis cognitionem rediisse, sententiam τοῦ ἀνομοίου abjecisse, et Filium per omnia Patri similem professos esse : **120** nihilque ab ὁμοουσίου, consubstantiali, κατὰ πάντα ὁμοιον, hoc est, per omnia similem, differre. Quibus verbis auditis, Liberius professionem eorum in scriptum relatam ab eis exegit. Atque illi libellum ei, in quo etiam Nicænâ fidem inseruerunt, obtulerunt. Epistolas quidem, quas secum Smyrna ex Asia et ex Pisidia, Isauria, Pamphylia et Lycia, ubi conventus egerant, attulere, propter prolixitatem hic non apposui. Libellus autem, quem Eustathius cum collegis suis Liberio dedit, sic habet :

Gratiani rebus infra Almanorum nomen reperitur, et Germaniæ uno atque altero loco.

CAPUT VII.

Ὁμολογία τῶν πρέσβων, Λιβερῶ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης δοθεῖσα.

Confessio legatorum Liberio episcopo Romano exhibita.

Domino fratri et collegæ Liberio, Eustathius, et Sylvanus, Theophilus salutem in Domino. Ad evitandas insanas hæreticorum, qui non desinunt Ecclesiæ catholicæ offendicula creare, suspiciones, et ad earum causam et occasione[m] omnem præcidendam, synodi Lampsaci et Smyrnæ, et aliis variis in locis ab orthodoxis et recte sentientibus episcopis celebratæ decreta profitentes, apud bonitatem tuam, et universos Italiæ totiusque Occidentis episcopos legatione fungimur, et litteras afferimus catholicam nos fidem servare, quæ in sancta Nicæna synodo, sub beato Constantino imperatore, a trecentis decem et octo Patribus promulgata atque confirmata, hactenus in statu suo inviolata atque immota duravit, atque in perpetuam duratura est : in qua τὸ ὁμοούσιον, consubstantiale, rite pieque contra Arii improbitatem est constitutum. Fidemque eam nos una cum eis quos diximus episcopis et servasse, et usque ad finem servaturos esse, manibus ipsi nostris profite[mur]; condemnantes Arium, impiamque doctrinam sectatoresque ejusdem, necnon omnem Sabellii, Patripassianorum, Marcionis, Photini, Marcelli, ipsiusque Pauli Samosatani hæresim, doctrinamque eorum, necnon omnes eis assentientes; et si quæ præterea sunt aliæ sectæ sanctæ fidei, quæ pie atque catholice Nicææ a sanctis Patribus composita atque promulgata est, adversæ et contrariæ, anathemate quoque in primis ferientes formulam Arimini lectam, Nicænæ scilicet fidei prorsus repugnantem. Cui quidem formulæ Nica Thraciæ allatæ, nonnulli dolo malo et perjurio circumventi,

Constantinopoli per errorem subscripserunt. Est autem fides nostra, atque eorum quorum nomine legatione fungimur, ista: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilibus et omnium invisibilium factorem. Et in unum unigenitum Deum, Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei, ex Patre, hoc est, ex substantia Patris genitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, quæque in cælo sunt, quæque in terra. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus, et homo factus, et passus est. Et resurrexit tertia die, et ascendit in cælos, venturus inde ad judicandum vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicunt, fuisse aliquando tempus cum non fuerit, quodque priusquam genitus sit, non fuerit, et quod ex non existentibus factus sit, aut ex alia substantia vel subsistentia, vel mutationi et alterationi obnoxium Filium Dei esse, anathemate jugulat catholica et apostolica Ecclesia. Ego vero Eustathius, episcopus Sebastiæ urbis, et Theophilus, et Sylvanus, Lampsacænæ, Smyrnensis aliarumque synodorum legati, hanc fidei professionem manibus nostris voluntateque nostra scripsimus. Quod si quis præter hanc fidem, contra nos aut eos a quibus missi sumus, aliquid criminis intendere voluerit, ad quoscunque sanctitati tuæ visum fuerit episcopos, nos atque illos cum sanctitatis tuæ litteris remitte : ut cum apud eos ipsos judices causa dicatur, tum in eum qui criminis convictus fuerit, legitime animadvertatur.

121 CAPUT VIII.

Ἐπιστολὴ Λιβερῶ τοῖς ἐν τῇ Ἐφῷ ἐπισκόποις πεμφθεῖσα.

Epistola Liberii, episcopis orientalibus missa.

Hoc libello veluti quodam pignore sibi obligatos Liberius ad communionem admisit, ac deinceps cum hujusmodi litteris eos dimisit : Dilectis fratribus et collegis, Hythio, Cyrillo, Hyperichio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Encarpio, Eortasio, Neoni, Eumathio, Faustino, Procto, Passinico, Arsenico, Severo, Didymioni, Britannio, Callierati, Damabio, Ædesio, Eustochio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexandro, Adolio, Marciano, Stenelo, Joanni, Macari, Charisio, Sylvano, Photino, Autho, Antonio, Celso, Euphranori, Milesio, Patricio, Severiano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Minodoro, Diocli, Chrysampelo, Eugenio, Eustathio, Callierati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieratio, Leontio, Philagrino, Lucio, et universis episcopis Orientalibus orthodoxis, et rectam fidem sectantibus, Liberius episcopus Ita-

liæ, et reliqui Occidentis episcopi salutem perpetuam in Domino. Optatissimum nobis pacis et concordiæ gaudium litteræ vestræ, fidei lumine refulgentes, fratres dilecti, attulerunt, quas nobis reverendissimi fratres et episcopi Eustathius, Sylvanus atque Theophilus reddiderunt. Atque eo maxime nomine, quod sensum et persuasionem fidei vestræ, cum tenuitatis nicææ atque Italicorum Occidentaliumque episcoporum omnium sententia, concordare confirmarunt et asseverarunt. Atque eam ipsam novimus catholicam et apostolicam esse fidem, quæ ad Nicænam usque synodum integra atque immota servata est : quam etiam Patres Nicææ cum ingenti lætitia, non solum sermone, verum etiam scriptura intercedente, ut vestigium et scintillam omnem absurdæ opinionis exstinguere[n]t, sunt professi. Ejus exemplar necessario hisce litteris subjiciendum esse duximus, ne

postea locus et opportunitas hæreticis ad struendas fidei insidias relinquatur : quibus illi improbitatis suæ igniculos excitantes, discordiæ incendiariorum suorum dilatare solent. Eustathius sane, Sylvanus atque Theophilus, fratres nostri reverendissimi, nobis vestro nomine receperunt, dilectionem vestram non minus atque ipsos fidem ejusmodi semper et antea servasse, et ad finem usque servaturam esse, in Nicæna videlicet urbe a trecentis decem et octo episcopis orthodoxis et recte sentientibus comprobata. Quæ quod certam perfectamque complectitur veritatem, ora hæreticorum omnium omnia obstruit atque evertit. Non casu enim fortuito, sed divino prorsus nutu, contra Arii insaniam tantus episcoporum numerus est coactus, quanto scilicet numero beatus ille Abraham tot hostium millia fide debellavit. Ea fides cum in subsistentia et nomine τοῦ ὁμοουσιου, consubstantialis, consistat, perinde atque munitissima quædam et inexpugnabilis arx, impressiones et machinas malignas Arianae perfidiæ omnes, ita uti decet, contemnit. Et quamvis episcopi Occidentales prope omnes Arimini convenerint, cum ibi concilium Arianorum coegisset vecordia, ut insidiosa quadam suasionem, seu quod verius est, profana auctoritate et potentia, id quod in fidei formula tutissimum certissimumque positum fuerat, abolerent, aut oblique negarent, nihil tamen ea profuit calliditas. Nam omnes fere qui tum Arimini inescati atque fraude decepti fuerant, nunc resipiscentes, cum anathemati eorum qui ibi conventum egere, fidei formulam subjecerunt, tum universali et apostolicæ fidei, quæ Nicæna decreta est, subscripserunt. Et nobiscum communicantes, ardentioribus etiam animis contra Arii doctrinam et discipulos ejus feruntur. Quam rem ita deprehensam esse, ubi oratores etiam vestri cognoverunt, in subscriptione sua vos quoque addiderunt, et Arium, et quæ a sectatoribus ejus Arimini contra Nicænam fidem acta sunt, anathemate jugulantes. Quibus sane actis, vos etiam jurisjurandi sacramento fraudulento circumventi, subscripsistis. Quapropter convenire nobis visum est, ut ad dile-

ctionem vestram scriberemus, et justa petentes adjuvarem, præsertim cum ex legatorum vestrorum asseveratione, Orientales vos respuisse, et cum Occidentalibus recte sentientibus consentire intellexerimus. Scribimus ergo vobis, ut noritis cum Ariminenses blasphemias, quæ tum per resurrectionem sunt ab auctoribus earum magno Ecclesiæ detrimento subintroductæ, **122** anathemati subjectas, tum Occidentales universos in Nicænam fidei professionem conspirasse. Quamobrem per vos id omnibus indicari oportet, ut qui vi quadam seducti atque læsi sunt, tandem a tenebris hæreticis ad divinum catholicæ libertatis lumen reverti possint. Si qui vero deinceps venenum perfidiæ respere, et Arii blasphemias omnes abolere anathematique subjicere noluerint, Arii, ejusque sectatorum, et cæterorum serpentium Sabellianorum, Patripassionum, atque aliarum hæresium se complices, ab ecclesiastica communione et conjunctione exclusos et alienos esse, quæ adulteri filios non admittit, sciant. Deus vos incolumes servet, fratres dilecti. Hisce litteris Eustathius et collegæ ejus acceptis, in Siciliam trajecerunt. Et postquam ibi Siculorum episcoporum synodus, eorum instinctu celebrata, atque ipsi τοῦ ὁμοουσιου, consubstantialis, fidem professi sunt, Nicænamque formulam auctoritate sua confirmarunt, acceptis ibi quoque ejusdem sententiæ litteris, ad eos qui se legaverant, sunt reversi. Atque illi redditas ibi litteras Liberii, ad urbes quasque per oratores ad consubstantialis fidei propugnatores misere, cohortantes eos, ut consentientibus animis Tarsi Ciliciæ convenirent, ad fidem Nicænam comprobendam, et quæ postea exortæ sunt, nugas abolendas. Et factum id forte esset, nisi qui plurimum apud imperatorem valebat, obstitisset, Eudoxius videlicet, Arianae religionis præfectus, qui synodo ea indicta magis etiam commotus, majora illis intulit detrimenta. Quod vero Macedoniani per oratores suos cum Liberio communicarint, et fidem Nicænam approbarint, Sabinus ipse in synodaliū Actorum collectaneis est confessus.

CAPUT IX.

Περὶ τῶν ἐν Τυάροις καὶ Καρίᾳ συνόδων.

De synodis Tyanae et in Caria coactis.

Eodem tempore concilium Tyanae ab Eusebio Cesareæ Cappadociæ, Athanasio Ancyrae, Pelagio Laodiceæ, Zenone Tarsi, Paulo Emesæ, Otreio (1) Melitinae, Gregorio Nazianzi, aliisque multis episcopis, qui τοῦ ὁμοουσιου, consubstantialis, verbum servandum esse Antiochiæ, Joviniano imperante, decreverant, celebratum. Lectæ ibi Liberii et Occidentalium episcoporum litteræ, quas secum legati Lampasaco Romam missi attulerant. Quamobrem

D gaudio exsistentes, ad universas scripserunt Ecclesias, ut decreta Asiaticorum episcoporum et Liberii, Italorum, Afrorum, Gallorum occidentalium legerent epistolas : et tantum ipsis consentientium numerum, qui longe Ariminense concilium superabat, considerarent, et ad sententiam communemque eorum accederent : necnon ut eis ejusdem se esse sententiæ litteris ipsi suis rescriberent. Scripserunt præterea, ut ad diem constitutum

(1) Mentio hujus etiam fit in quadam Theodosii *Episcopia*, De fide cathol.

verno adhuc tempore Tarsum Ciliciæ convenirent. A Sedenim dum sic de Tarsensi synodo cogenda agitur, triginta et quatuor fere Asiani episcopi Antiochiæ in Caria convenientes, studium quidem ecclesiasticæ concordie sarciendæ laudarunt: ὁμοουσιον, consubstantialis, vero nomen repudiantes formulam fidei Antiochiæ et Seleuciæ compositam,

veluti quæ Luciani martyris esse crederetur, et a majoribus eorum periculo et sudore multo comprobata esset, confirmarunt. Imperator autem, Eudoxio annitente, synodum in Cilicia celebrari institutam prohibuit, edictis ea de causa et comminationibus publice propositis.

CAPUT X.

Ἐπὶ τοῦ τηλικούτα γενόμενου διωγμοῦ καὶ περὶ τοῦ ἀγίου Ἀθανασίου, ὡς αὐτὸς μόνος οὐκ ἐξηλάθη τοῦ θρόνου.

De ea quæ tum grassata est persecutione: et de sancto Athanasio, ut is solus sede sua non sit ejectus.

123. Provinciarum quoque præsidibus sigillatim mandavit, ut ex ecclesiis eos deturbarent episcopos, qui sub Constantio exauctorati, dignitatem pristinam sub Juliano recopissent. Per ejusmodi jussionem Ægyptii etiam magistratus Athanasium ecclesiis simul et urbe Alexandrina ejicere contenderunt. Non levis enim pœna imperiali inserta erat edicto, quod præfectis omnibus, et qui sub eorum signis et potestate essent militibus et senatoribus, cum ingentis pecuniæ multa, corporis quoque coercionem denuntiabat. At Christianus populus conveniens præfectum rogavit, ut episcopum causa non satis deliberata non exigeret, sed accuratius litterarum imperialium sententiam perpenderet, quæ eos tantum proscriberet, qui sub Constantio exsulare jussi, sub Juliano ab exilio reversi essent. Athanasium porro sub Constantio quidem exilii causa solum vertisse dicebant, atque ab eodem reductum atque in episcopatum suum restitutum esse: Julianum autem, cum omnes ab exilio revocaret, unum hunc persecutum fuisse, quem tandem Jovinianus restituerit. Hæc cum dicerent, neque præfecto persuaderent, restitere tamen, et vim fieri non permisero. Cæterum cum vulgus nadique conflueret, et turba ingens atque tumultus, adeo ut seditio expectaretur, in urbe esset: præfectus rem eam imperatori significavit, Athanasium ibi manere permittens. Et diebus pluribus exactis, seditio ea sopita jam esse videbatur, cum Athanasius vesperi urbe egreditur, et in prædio quodam latitat. Ægypti autem præfectus, et copiarum militarium quæ ibi erant dux. intempesta nocte in ecclesiam, ubi ille domicilium suum habebat, venit, et in habitaculis etiam superioribus diligenter eum quærit: sed opinione sua frustratus, re infecta abit. Existimaverat enim, quod plebs tandem prioris motus, quo excitata fuerat, oblita esset, et somnum omnes carperent, facile se imperatoris imperata exsecuturum, et urbem sine seditione pacatam conservaturum esse. Selenium præfectus, et qui cum eo erant, quod Athanasium non invenissent, valde sunt admirati. Sive enim divini Numinis indicio, seu hominum

aliquorum denuntiatione secesserit, eodem res recidit. Quod enim tam necessario tempore insidias sibi structas præviderit et vitarit, consilii esse visum est, quod captum humanum excederet. Alii vero dicunt, eum, quod vulgi insanum motum præsemerit, et simul veritus sit, si quid inde detrimenti provenisset, ne ipse auctor mali ejus esse videretur, toto eo tempore (1) in paterno monumento delituisse. Atque ille quidem sic profugit et latuit. Non longe autem post imperator litteris suis eum revocavit, et ecclesiam obtinere jussit. Scriptum hoc præter animi sententiam Valentem edidisse opinor, vel quod Athanasii gloriam secum ipse reputaret, ac reprehensionem ejus rei a Valentiniano, qui Nicænum decretum profitebatur, expectaret: vel quod motum eorum qui plurimi illum laudabant, ne per novarum rerum studium respublica aliquid detrimenti caperet, suspectum haberet. Opinor quoque Arianæ hæresis antesignanos, ita ut par erat, non admodum jam in ejus viri proscriptionem urgendam incubuisse: illud perpendentes, si urbe ejiceretur, fore ut rursus imperatoribus molestus fieret, occasionemque ex ea re illos compellandi haberet, Valentemque in sententiam suam adduceret, Valentinianum autem sibi consentientem ad iram etiam commoveret. Plurimum namque eum metuerunt, virtutem ejus in rebus quæ sub Constantio acciderant, experti. Adeo enim tum quoque inimicorum consilia et insidias propulserat, ut ei illi non gravate ecclesiis in Ægypto cederent, et ea de causa ipse, vix Constantii litteris acquiescens, ex Italia rediret. Causam quidem, quamobrem Athanasium non itidem ut alii ex ecclesia pulsus sit, hanc esse conjicio. Alii vero episcopi tantum non persecutione, quæ illis par esset, quæ ab idololatriæ excitatæ fuerant, sunt expetiti. Exsilia enim et deportationes in eos qui non eadem cum Valente sentirent, decernebantur, et sacræ ædes iis quidem adimebantur, aliis autem committebantur. Ægyptus vero dum Athanasio vita suppetebat, malorum ejusmodi immunis et expertus fuit.

(1) Mensibus quatuor. (Socrat.)

CAPUT XI.

Ὡς διηρέθησαν οἱ Ἀρειανοὶ καὶ Εὐνομιανοὶ καὶ περὶ Εὐνομιῶν καὶ Ἀετίου καὶ ὅσα κατὰ τῆς ὀρθοδόξου ἐκκλησίας.

Ut Ariani et Eunomiani per dissidium sint sejuncti: et de Eunomio et Aetio, et quæ ii contra orthodoxam fidem novarum rerum studio sint conati.

124 Sub idem tempus Eunomius ab Eudoxio recessit, et seorsim suos sibi conventus egit, propterea quod cum sæpius, ut præceptor ipsius Aetius in gratiam et communionem reciperetur, Eudoxium rogasset, id impetrare non potuerit. Non ideo autem Aetium aversatus est Eudoxius, quod hæresim ejus exosam haberet, quam scilicet maxime deprædicabat, sed quod omnes qui cum Eudoxio consentiebant ab Aetio utpote diversam ab eo doctrinam tenente abhorrent. Atque hæc ipsa causa fuit, cur inter Eudoxium et Eunozium discessio fieret. Porro Aetius vehementer et acer Arianae hæresis assertor et propugnator fuit, arte sophistica bene instructus. Eandem autem hæresim magis etiam discipulus ejus Eunomius defendit, vir, quod Rufinus ait, et corpore et anima leprosus, atque intra et extra morbo regio infectus (1), ipse quoque arte dialectica præpotens. Hæresim ejus quidam ab ejus nomine appellant. Alii τῶν ἀνομοίων, hoc est, dissimilium, vocant. Sunt auctores quidam, qui Eunomium istum primum ausum fuisse dicunt instituere, ut divinus baptismus mersione una perageretur: et eam quæ ab apostolis per manus accepta hodie quoque ubique servatur, traditionem adulterare, et ritum alium in ecclesia Cyzicena, accuratioris sanctiorisque gravitate novitatem suam obtegentem, invenisse. Fuit autem, sicuti dictum est, et Sozomenus testatur, cujus verba ascribere libet, ad orationes scribendas non ineptus, contentioso disputandi genere et syllogismis gaudens: quales sectatores ejus adhuc multos videre est. Non tam enim illi vitam honestam, mores sanctos et benignam erga egenos misericordiam, si eadem cum ipsis sentiant, quam si quis contentiose disserere, et syllogismis atque ratiocinationibus vincere videatur, laudant. Tales namque pietate majore supra omnes esse existimantur: sicuti Theophronius Cappadox et Eutychius, sectæ hujus studiosi, qui obtinentis hujus imperii tempore (2), se ipsos ab Ecclesia rescindentes, cum in aliis rebus ex Eunomii opinionibus, tum in sacro baptismo res novas induxerunt, non in Trinitatem, sed in Christi mortem baptizandum esse docentes. Eunomium sane aliqui dicunt nihil hac in re novasse, sed quemadmodum ab initio cœperat, in

A Arii sententia permansisse. Postquam vero Cyzici episcopus factus esset, a clero cum suo, quod nova institueret dogmata, accusatum esse. Eunomium porro, qui tum Constantinopoli Arianae hæresi præfuit, illum accersivisse, atque ut verba ad populum de doctrina sua faceret, ei permisisset. Et cum nihil in eo damnasset, eum ut Cyzicum rediret cohortatum esse: illum vero dixisse, se de cætero cum eis qui se suspectum haberent, futurum non esse, prætextumque cum discessionis suæ obtendisse: cum revera causa illa esset, quod præceptorem suum Aetium receptum non esse ægre ferret: hominemque in cœpto suo perseverasse, et nihil de priore opinione sua mutantem privatim vixisse. Et hæc quidem alii ad hunc modum, alii vero aliter tradunt. Sedenim sive Eunomius seu alii quidam traditionem baptismi innovaverunt, soli illi periculosa ista ratione divini baptismi expertes mihi e vita excessisse videntur. Si enim ipsi ab initio recepta consuetudine baptizati, primum se ipsos rebaptizare non potuerunt, aut quod in ipsis non accidit, primi introduxerunt: quodque neque ipsi per se habuere, neque per alios acceperunt, id in alios contulerunt: cum super initio et fundamento quod subsistere nequeat (3), suaque ipsorum arrogantia, dogma hoc instituerunt: tum quæ ipsi non acceperunt, aliis tradiderunt, quod sane stultum ac stolidum est. Illud enim sua etiam ipsorum confessione constat, qui ipse baptismi sacris initiatus non sit, eum alios baptizare non posse: qui vero traditionis eorum more baptizatus non sit, eum pro non baptizato ab eis haberi, ut qui non legitime sacramento eo initiatus sit. Testantur hoc ipsimet, dum quoscunque in sententiam suam pertraxerunt, etiamsi antea statis catholice Ecclesie cæremoniis tincti sint, rebaptizant. Quæ novitas non parum religionem turbavit, et Christianismum suscipere volentibus propter dogmatum dissensionem valde obstitit. De Eunomio porro et Aetio illud addere libet, Eunomianæ hæresis auctorem primum Aetium Syrum fuisse: et **125** qui juxta Arii sententiam Filium Patri inæqualem, creatumque esse, et ex non existentibus extitisse decrevit. Et qui opinionem eam approbarunt, Aetiani prius sunt dicti. Cum autem, quemadmodum antea diximus, quidam

(1) Sozom. lib. vi, cap. 26.

(2) Theodosii Junioris imperium intelligendum, ad quem Historiam suam ecclesiasticam scripsit Sozomenus, cujus ea sunt verba lib. vi, cap. 26. Socrates propterea Eunomium Cyzico Constantinopolim ad Eudoxium reversum esse et cum eo mansisse dicit, quod Cyziceni non ferentes ampullosam ejus loquentiam, hominem urbe exegerint. In prolixitate enim orationis ejus et multiloquio

ingens fuit sententiarum penuria. Et cum longos conscripsisset in epistolam Pauli ad Rom. commentarios, tamen is scopum Pauli pertingere et assequi non potuisse dicitur. Lib. iv, c. 9.

(3) Eodem argumento uti temporibus nostris possemus, in refutandis eis qui manus aliis imponere audent, cum eam potestatem non habeant, et consecrati prorsus non sint.

Filium Patri ὁμοούσιον, consubstantialem, quidam ὁμοούσιον, æquisubstantialem, dicendum esse assererent : et imperatori tum placitum esset, ut de Ariminensis concilii sententia, Filius Patri ὁμοούσιος, æqualis, crederetur : Aetius quidem, ut qui blasphemus in Deum esset, exsilio est mactatus : hæresis autem ejus quodammodo ad tempus soluta jacuit, quod neque alius quispiam, qui alicujus esset nominis, neque ipse Eunomius (1) propalam et libere de ea disserere auderet. Cæterum ubi is

A Cyzicenam ecclesiam pro Eleusio gubernandam accepit, conquiescere omnino non potuit, et in concionibus ad populum Aetii opinionem rursus in medium produxit. Atque ut fieri solent, cum homines primum hæresis istius auctorem ignorarent, Eunomianos sectatores ejus cognominarunt, propterea quod post Aetium dogma hoc Eunomius renovavit, et majore audacia, quam qui id primum tradiderat, defendit.

CAPUT XII.

Περὶ τῆς αἰρέσεως τῶν Ἀπολλιναρῶν, τοῦ τε πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ ὅπως εἰς τὴν εὐκλείαν ἀπέκλιναν αἰρέσειν.

De hæresi Apollinarium patris et filii, et quomodo in suam declinarint hæresim.

Apollinæres duos fuisse, patrem et filium, antea diximus. Et pater quidem presbyter, filius autem lector fuit : uterque Græcis disciplinis valde eruditus. Pater grammaticus, filius rhetor insignis. Pater Alexandriæ ortus, aliquandiu Beryti litteras docuit. Laodiceæ vero matrimonio contracto, filium Apollinarem progenuit. Intima eis cum Epiphano præclaro sophista amicitia fuit. A quo ut sejungerentur, ne Theodotus quidem episcopus Laodicensis auctoritate et interdicto suo obtinere potuit. Permultos hi et utiles Ecclesiæ edidere libros, sicuti antea a nobis est dictum. Deinde vero in hæresim nominis sui cæde sunt prolapsi. Nam Apollinaris filius, multis ab Ecclesia abductis, suos sibi conventus egit, sociumque constituendi dogmatis sui Vitalem accepit Antiochenum, ex eorum numero qui Meletii Ecclesiam frequentabant, presbyterum, virum nemini illustri vitæ et morum sanctitate cedentem (2), et eorum qui fidei ejus commissi fuerant curandorum perquam studiosum, eaque de causa a populo egregie cultum et veneratum. Paulo post enim, cum a communione Meletii discessisset, Apollinari se conjunxit, sectatoribusque ejus Antiochiæ præfuit, vitæ reverentia non exigua plebis partem addictam sibi habens : qui etiam nomine ab eo accepto, Vitaliani usque ad Theodosii junioris imperium ab Antiochenis sunt vocati. Dicitur autem hoc fecisse dolore impulsus : periade atque a Flaviano, qui postea sedem Antiochenam accepit, tum autem presbyter cum illo erat, despectus, et quominus familiariter cum episcopo esse posset, impeditus fuisset. Quod namque ea re diminutam esse famam suam putaret, hominum more, dolore eo victus, ad Apollinarem se contulit, et cum eo communicavit, amicitia ejus in primis usus. Ex eo tempore in aliis quoque urbibus sub episcopis suis conventus habuere, et ritus ab Ecclesia catholica alienos celebrare : præter receptas sacras cantilenas,

(1) Ad declarandam ineptam et improbam Eunomii impietatem et vaniloquentiam Socrates verba ejus ista profert : Deus de sua ipse substantia nihil amplius, quam nos, novit : neque ea magis illi, quam nobis, est perspecta. Sed quod de ea nos

B numerosa etiam carmina quædam ab ipso Apollinari inventa decantantes. Nam is præter eruditionem reliquam in poetica quoque varii generis versibus componendis excelluit. Qua ille oblectatione multis, ut sibi adhærent, persuasit. Et viri in computationibus manuumque **126** laboribus, mulieres quoque in lanificio suo carmina ejus psallebant. Ad studii enim et laborum laxamentum, ad dies festos, et ad res alias, prout tempus fert, poemata elaboravit, quæ ad laudem Dei pertinent omnia. Hanc hæresim latius serpere, cum primus urbis Romæ episcopus Damasus et Petrus Alexandrinus cognovissent, coacto Romæ concilio, alienam esse ab Ecclesia universali statuerunt. Apollinaris etiam ipse itidem propter animi imbecillitatem, dogmate suo instituendo, res novas molitus esse dicitur, hujusmodi de causa. Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus, sub Constantio in exsiliium actus, cum in Ægyptum redire jussus esset, et per Laodiceam iter faceret, cum Apollinari, quod amicissimus ei esset, familiariter versatus est. Quod autem, qui diversa erant secta, commercium et communionem ejus veluti jurisjurandi sacramento abnegatam aversarentur, inter quos et Georgius Laodicensis episcopus fuit : Apollinarem is eo nomine ab Ecclesia exclussit, tanquam contra canones et sacras constitutiones cum Athanasio fuisset. Et cum criminis loco id ei objecit, tum rationem etiam et pœnam veterum atque pœnitentia oblitatorum erratorum cum convicio ab eo exegit. Cum namque Theodotus ante eum adhuc Laodicensem Ecclesiæ regeret, maxime tum pollens Epiphanius sophista hymnum in Bacchum recitaverat, quo præceptore juvenis etiamnum Apollinaris utebatur. Recitationi ei is cum patre sibi cognomine grammatico insigni affuit. Atque ubi Epiphanius orationem eam exorsurus, sicuti eis qui specimen aliquod talium studiorum exhibent, mos est, non initiatos et profanos scimus, idem et ipse prorsus scit : et rursus quod ille novit, id in nobis quoque similiter omnino reperias. Ut supra.

(2) Sozom. lib. vi, cap. 25.

exire et procul esse jussisset : neque Apollinaris, A neque ejus pater, neque etiam alius quispiam qui ibi aderant Christianorum, ex auditorio secessit. Id postquam rescivit Theodotus episcopus, moleste tulit. Et aliis quidem ex populo aliquatenus objur- gatis, gratiam delicti fecit : Apollinarim vero utrumque cum eis propalam peccatum objecisset, ab Ecclesia segregavit. Erant enim clerici, pater quidem presbyter, filius vero sacrarum Scriptura- rum adhuc lector. Intercesserat aliquid temporis, et eos, postquam lacrymis et jejuniiis crimen ad- missum pœnitentes abolevisent, Theodotus rur- sum in gratiam recepit. Ubi autem Georgius episcopatum est adeptus, et Apollinaris cum Atha- nasio familiariter fuit, quemadmodum diximus, excommunicatum cum Ecclesia exegit. Atque ille B sæpe Georgium dicitur, ut in communionem reci- peretur, deprecando obsecrasse. Verum ubi id illi

non persuasit, mœrore correptus Ecclesiam turba- vit, et dogmate novo hæresim suam introduxit, quoad potuit : compositis arte orationibus, inimi- cum ulciscens, et quod se in sacrarum Litterarum doctrina illo præstantiorem exauctorasset arguens. Ad hunc modum scilicet privatæ clericorum, ten- pore quolibet, inimicitiz, maximo Ecclesiam detri- mento affecere, et religionem in sectas multas dissecuere. Id inde satis liquet. Si enim itidem ut Theodotus, Georgius quoque pœnitentem Apolli- narim suscepisset, hæresis quæ ab eo nomen ha- bet, ut ego quidem puto, non exstaret. Ingenia namque hominum si despici se videant, arrogantem audaciam concipiunt, et contendendi studio res novas moliantur. At si id quod æquum est conse- quuntur, ad moderationem se dant, et sorte sua contenti sunt (1).

127 CAPUT XIII.

Ὡς Βασίλειος καὶ Γρηγόριος ἀμφὼ ἀντιβήσεις κατὰ Εὐνομίου καὶ Ἀπολλινάριου ἐγραψάν· καὶ τίνα ἦσαν ἡ ἔδογματιζόν.

Ut Basilius et Gregorius uterque libros refutatorios contra Eunomium et Apollinarium scripserint : et quæ istorum hæreticorum fuerint opiniones.

Eunomium, quod diximus, eadem cum Aetio sentire negari non potest (2). Nam et ipse Aetium præceptorem jactat, et id in scriptis ipse suis aperte testatur. Apollinarem vero etiam accusans C Gregorius Nazianzi episcopus, in epistola quadam ad Nectarium Constantinopolitanæ Ecclesiæ præ- sidem, hæc scribit : « Et detrimentum quidem no- strum, quod in sinu nostro fovemus, Eunomius minime eo quod alicujus nominis sit, contentus est : verum nisi omnes una secum in perniciem pertrahat, jacturam id esse judicat. Sedenim to- leranda hæc quidem sunt. Quod autem in Ecclesiæ calamitatibus censeo longe gravissimum, Apolli- naristarum est impanitas. Quos nescio quomodo sanctitas tua negligit, concionandi conventusque cogendi licentiam æqua nobiscum potestate et dignitate sibi ipsi usurpantes. Tu quidem, qui per omnia prorsus juxta Dei gratiam in divinis erudi- tus es mysteriis, non tantum quæ ad patrocinium D et defensionem Dei verbi spectant, sed ea etiam quæ ab hæreticis adversus sanio-rem fidem excogitata sunt, tenes. Attamen non importunum fuerit, a tenuitate mea magnificentiam tuam audire ali- quid. Incidi in Apollinaris libellum, qui omnem hæreticam improbitatem longe superat. Asseverat enim, carnem juxta salutis nostræ administratio- nem ab unigenito Filio naturæ nostræ transmunda- ndæ gratiæ, non adventitiæ (3) susceptam esse,

sed a principio carnalem illam naturam in Filio fuisse. Atque perperam acceptum dictum quod- dam evangelicum tanquam testimonium tante absurditati præterdit, dicens : *Nemo ascendit in caelum, nisi qui e caelo descendit, Filius hominis* ¹. Ita ut priusquam descenderit, ipse Filius hominis fuerit : et descenderit, suam illam deferens car- nem, quam in caelo habuerit anteaeternam et consubstantiatam (4). Et rursus apostolicam aliam profert vocem : secundum hominem e caelo esse. Deinde instituit hominem illum qui e caelo venent mentem non habere, sed divinitatem Unigeniti naturam mentis adimplere, ut quæ (5) pars tertia humanæ coagmentationis sit facta, anima et corpore humanitus circa eam exsistentibus, mente illis decollante, et verbo Dei locum ejus obtinente. Atque equidem nondum hoc grave est specta- culum. Verum illud omnium longe gravissimum, quod ipsum unigenitum Deum, judicem omnium, auctorem et ducem vitæ, et vastatorem mortis, mortalem instituit : ita ut passionem ille in divi- nitate sua suscepit, et in triduana illa mortifi- catione corporis, simul etiam ea cum corpore commortua, et sic a Patre rursus a morte resus- citata sit. Reliqua quæ importunitati tantæ ille adjicit, longum esset recensere. Opiniones sane Apollinaris et Eunomii quales fuerint, ex iis quæ dicta sunt, quilibet cognoscat. Et ut facilis con-

¹ Joan. iii, 13.

(1) In Græco Nicephori exemplari integer hic sexternio deficit. Delectum eum juxta capitum annotationem ex aliis ecclesiasticis scriptoribus explevi.

(2) Sozom. lib. vi, cap. 27.

(3) Μὴ ἐπιχτητόν.

(4) Legendum in Græco συνομοσωμένην pro συνο- στωμένην.

(5) Μέρος τοῦ ἀνθρωπίνου συγκρίματος τὸ τρί- μβριον ψυχῆς τε καὶ σώματος κατὰ τὸ ἀνθρώπιον περὶ αὐτὴν ὄντων.

jectura est, permultos illi ab Ecclesia universali in eorum sententiam pertraxissent, nisi Basilium et Gregorium Cappadoces adversarios invenissent, qui ex professo multa adversus eos scripsere. Theodosii præterea, quod paulo post secutum est, imperium conatus eorum repressit. Nam duces ipsos hæresium ex frequentibus et populosis orbis partibus in solos locos relegavit. Obstitere etiam insuper illis ejus ætatis monachi. Mordicus namque Nicæna retinere decreta, qui in Syria et Cappadocia finitimisque locis monasticam sunt philosophati. Et regio ea quæ a Cilicia ad Phœniciam usque tendit, ne in hæresim Apollinaris

A transiret, periclitabatur. Ab Eunomio autem, ne inficerentur populi a Cilicia et monte Tauro ad Hellespontum et Constantinopolim usque metus erat. Non difficile enim utrique erat, finitimis quoque eorum, apud quos versabantur, ut sententiam suam sequerentur, persuadere. Idem sane et Arianis contigit. Vulgus enim, monachorum, quos recensuimus, virtutem et opera admiratum, cum ipsos recte sentire credidit, tum aliter opinantes propter suspicionem impuræ et adulterinæ doctrinæ aversatum est: sicuti Ægyptii, monachos suos sequentes, Arianos pro hostibus habuere.

128 CAPUT XIV.

Περὶ τῆς αἰρέσεως τῶν Ἀνθρωπομορφιτῶν καὶ τῶν Μασσαλιανῶν· ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν Ναυατιανῶν· ὅτι καὶ οὗτοι εἰς πολλὰ διεφθέρθησαν διὰ τῆς μετέδοσιν τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς.

De hæresi Anthropomorphitarum et Massalianorum: præterea de Novatianis, quod et jam ii in multas sectas sint divisi propter seriarum Paschæ mutationem.

Ea ætate Audæus quoque quidam, et genere et lingua Syrus, fuit novorum dogmatum inventor. Quæ enim mala dudum parturierat, aliquando tandem peperit. Primum namque cum perperam illud intellexisset, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, Deum humana esse forma opinatus est, eundemque corporalia membra habere existimavit: sacræ Scripturæ sententiam non satis assecutus, quæ divini Numinis operibus humanarum partium vocabula tribuit, quandoquidem eo modo, qui res subtiliores percipere et audire nequeunt, facilius consilium Dei intelligunt. Addidit deinde ad impietatem eam consimilia alia. A Manente enim id mutuatus, conditorem universitatis hujus Deum neque ignem neque tenebras creasse docuit. Verum hæc quidem, et quæcumque sunt ejusmodi, qui factionis ejus sunt, celant. Dicuntur autem a publicis Ecclesiæ conventibus segregari, propterea quod nonnulli pecuniam apud nos execrando fenore locent, nonnulli cum mulieribus extra, non ut lex postulat, conjugii consuetudinem habentes impie vivant. Qui vero a talibus rebus sint alieni, libere cum eis communicare. At ideo illos suo quodam more ab aliis separatos vivere constat, quod dogmatum suorum occultent blasphemiam et impietatem. Porro ficta hæc et assimilata sanctitas arrogantia est plena, quæ scilicet a doctrina Phariseorum provenierit. Nam et illi animarum simul et corporum medicum accusarunt, ad sanctos apostolos dicentes: *Cur cum publicanis et peccatoribus cibum sumit magister vester*? Et per prophetiam de talibus hominibus dicit Deus: *Qui dicunt, Purus sum, ne me attigeris, iste fumus furoris mei est*. Sedenim amentiam istorum refellere temporis istius non est. Proinde ad reliqua commemoranda progrediamur. Eodem

¹ Matth. ix, 11. ² Isa. lxi, 11. ³ Joan. vi, 55.

(1) Massalianorum istorum, qui et Euchitæ sive Enthusiastæ dicuntur, mentio fit, I. Ariani, ut supra

B tempore etiam Massalianorum (1) pullulavit hæresis. Εὐχίτας, hoc est *precatores*, hos cognominant, qui eam vocem in Græcum transtulere sermonem. Habent autem aliud quoque cognomen, ex re ipsa natum: Ἐνθουσιασταί enim, hoc est Numine afflati nominantur, dæmone quopiam vim in eis suam exercente, quam rem Spiritus sancti præsentiam esse opinantur. Qui vero in hoc vitio perfecti sunt, manuum opus omne et laborem perinde atque improbitatem aversantur. Itaque somno dediti, somniorum visiones et phantasias prophetiam vocant. Istius hæresis duces fuere Dadoes, Sabbas, Adelpheus, Hermas et Symcones, atque præterea alii. Qui quidem se ab ecclesiastica communione non abstinerunt, nihil prorsus vel prodesse vel obesse divinam escam dicentes. De qua Dominus Christus inquit: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, vivet in æternum*. Morbum autem eum suppressere sedulo conantur, et eundem etiam convicti impudenter pernegant: et illis qui in eadem sunt opinione, quam ipsi animo complectuntur, Ecclesia interdicit. Letoius sane Melitinensem gubernans Ecclesiam, vir divino ardore spectatus, cum multa monasteria seu potius prædonum speluncas contagione morbi ejus corripere videret, eas incendit, et lupos ab ovium grege depulit. Itidem et præclarissimus ille Amphilocheus, qui metropolim Lycaoniæ fidei suæ creditam rexit, et gentem universam gubernavit, ubi pestem talem eo pervenisse cognovit, eam ejecit: et greges qui ab eo pascebantur, clade ea liberavit. Porro et Flavianus, celebri fama vir, postquam Antiochiæ episcopus est factus, et id genus homines Edesse versari cognovit, veneno suo finitimos inficientes, monachorum sodalitate quadam ad eos missa, Antiochiam eos pertraxit, et ægritudinem suam

pernegantes ad hunc modum in crimine ipso deprehendit. Accusatores enim eorum falsa per calumniam deferre, et testes mendacia proferre dixit. Adelphium autem admodum jam senem blande compellans, assidere sibi jussit : Et nos, inquit, o senex, qui jam vitam prope exegimus, certius cum humanam naturam perspeximus, tum adversariorum dæmonum cognovimus molitiones, reipsa quoque gratiæ subministrationem perdidimus. Juvenes autem isti, qui harum rerum accuratius nihil intelligunt, sermones spirituales audire non sument. Quapropter mihi dicite, quomodo vos perhibetis cum spiritum adversarium cedere, tum Spiritus sancti gratiam advenire? Verbis hisce senex demulsus, venenum omne suppressum evomuit, et nullam utilitatem ex **129** divino baptismo ad eos qui eo uterentur, pervenire dixit. Solam autem orationem sedulam dæmonem in animis habitantem ejicere. Unumquemque enim qui nascatur hominem a primo parente, sicuti naturam, ita dæmonum quoque servitutem trahere. Quibus precatione sedula exactis, deinceps Spiritum sanctum adventire, præsentiam suam, ita ut sentiatur et conspiciatur, iudicantem, corpusque ab affectionum seu perpeccionum metu liberantem, et animam ab inclinatione ea quæ in deterius fert, ita vindicantem, ut postea neque abstinentia et jejuniis corpus castigante, neque doctrina quæ frenos nobis injiciat, et composite ambulare doceat, sit opus. Et cui ita Spiritus sanctus obveniret, eum non solum a corporis vitiationibus liberari, verum etiam clare futura prævidere, et Trinitatem divinam oculis suis cernere. Hoc pacto divus Flavianus putido effosso fonte, et impio nudato latice, ad infelicem illum senem inquit : Inveterate dierum malorum, redarguit te os tuum, non ego : et labia tua testimonium perhibuerunt contra te. Et peste illa in apertum prolata, Syria sunt exacti, et Pamphyliam commigrantes, eam quoque clade impleverunt. Atque hæc quidem de absurdis istis et ineptis hæresibus sint dicta. Eodem tempore Novatiani (1) quoque Phrygiam incolentes, Paschæ diem festum mutavere. Id porro exponam, ubi primum dixerò, quamobrem Phryges et Paphlagoni Ecclesiæ eorum tam firmiter retineant hujusmodi sanctiones. Novatus presbyter propterea ab ecclesia Romana discessit, quod Cornelius episcopus eos ad communionem admiserat, qui in persecutione ab imperatore Decio excitata, diis sacrificaverant. Hanc ipsam ob causam segregatus, et a consentientibus sibi episcopis ad episcopatum evectus, omnibus ubique Ecclesiis scripsit, ne ad mysteria percipienda eos qui sacrificassent admitterent : sed ipsos quidem ad pœnitentiam confortarentur, Deo autem veniæ concessionem permitterent, qui solus facultatem haberet et posset

noxas remittere. Ejusmodi litteras in provinciis degentes homines cum accepissent, sententiam earum et iudicium ad mores suos accommodabant. Ut enim ille significavit, non admittendos esse ad mysteria, qui post baptismum peccatum in mortem admisissent : aliis quidem acerba et immanis canonis hujusmodi visa est esse sententia, alii autem, quod justum et ad vitam moresque corrigendos accommodatum esse censerent decretum, susceperunt (2). De quo cum per questionem ambigeretur, aliæ Cornelii episcopi supervenerunt litteræ, gratiam delicti etiam illis annuntiantes, qui post baptismum peccassent. Ad hunc modum cum utrique contraria inter se per epistolas scriberent, et quæ dicebant divinarum Litterarum oraculis obfirmarent, pro moribus quisque suis eam comprobabat sententiam, ad quam antea etiam inclinatus magis fuerat. Qui enim delinquere et peccare libenter soliti erant, ejusmodi veniæ concessionem tum accepta, per reliquum deinde vitæ tempus ea in delictis omnibus utebantur. Gens porro Phrygum populis aliis temperantior moderantiorque esse videtur. Perraro enim Phryges jurant. Et iracundia quidem apud Scythas et Thracas dominatur : libidini et concupiscentiæ Orientales populi magis inserviunt : Paphlagonum autem et Phrygum gens ad neutrum rerum istarum propensa est. Neque enim ludi Circenses neque spectacula nunc apud eos exhibentur. Quapropter illi atque item alii ejusdem sententiæ mihi magis inclinare videntur ad ea quæ a Novato præscripta sunt. Præcipuum namque apud illos tanquam piaculum et abominatio est fornicatio. Et sane Phryges et Paphlagoni moderate magis, quam alias quascunque hæreses, vivere videntur. Eandem causam esse opinor eis etiam qui in occidentalibus partibus habitant, et Novati decreto parent. Porro Novatus etiamsi propter exactius vitæ genus suam sibi sectam instituit, non ille tamen quidquam de Paschæ festo die mutavit. Semper namque, sicuti Occidentales partes facere solitæ erant, et ipse Pascha celebravit. Pascha autem illæ semper agunt jam inde ab initio, ex quo Christiani sunt facti, post æquinoctium. Hic postmodum sub Valeriano principe, qui persecutionem adversus Christianos concitaverat, martyrio vitam finiit. Qui vero ejus nomine in Phrygia censentur, ab institutis et communione ejus cum sibi ipsis indulgentes degenerassent, hoc tempore paschale quoque festum mutarunt. Concilio enim in Pazo vico, ubi Sangaris amnis **130** fontes sunt, coacto, pauci quidam et obscuri per Phrygiam Novatianorum episcopi statuerunt, Judæorum azyma observanda et cum eis Pascha celebrandum esse. Hæc sibi renuntiata esse Socrates (qui hoc loco non abhorre se a Novatianorum institutis palam præ se fert) a sene quodam

(1) Socr. lib. iv, cap. 28.

(2) Hæc ex Socr. excerpta, quem Novatiænæ hæresis sectatorem Nicephorus esse censuit.

scribit (1), qui se presbyteri filium fuisse dixit, quocum Synodo ei interfuerit. Cum quidem eo non convenerint vel Agelius Constantinopoli Novatianorum episcopus, vel Maximus Nicææ, vel etiam Nicomediæ aut Cotyæi (2) (urbs ea Phrygiæ

est non incelebris) episcopi, a quibus tum maxime Novatianorum religio est administrata. Hæc sic tum acta. Postea vero Novatianorum ecclesia propter eam synodum in partes discessit : sicuti suo loco dicemus.

CAPUT XV.

Ὁς, Εὐδοξίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ταπεινήσαντος, οἱ Ἀρειανοὶ Δημόφιλον προσβάλλοντο· οἱ δὲ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας Εὐστάθιον, Εὐσταθίου τοῦ Ἀντιοχείας τοῦτον χειροτονήσαντος· καὶ ὅσα ἐπὶ τούτοις συνέβη.

Ut Eudoxio Constantinopolitano episcopo mortuo, Ariani Demophilum, Catholici autem Evagrium, Eustathio Antiocheno episcopo hunc ordinante elegerint : et quæ his acciderint.

Sed ut historiam persequamur (3), eo unde digressi sumus, revertendum nobis est. Imperator Valens Constantinopoli solvens, Antiochiam ad Orontem adire properavit. Et cum Nicomediam pervenisset (4), ibi hac de causa restitit. Eudoxius Arianzæ sectæ episcopus statim post discessum imperatoris Constantinopoli vita defunctus fuerat, consulatu Valentiniani et Valentis tertio, cum quidem clavum Ecclesiæ Constantinopolitanæ annis undecim rexisset. Ejus in locum Ariani surrogarunt Demophilum quemdam. Professores autem ὁμοουσίου, consubstantialis, commodum se tempus, ut sedem episcopalem recuperarent, nactos esse rati, Evagrium suæ factionis presbyterum episcopum designarunt. Cui manus imposuit Eustathius, episcopus aliquando Antiochenus, qui a Joviniano quidem ab exsilio non ita pridem fuerat

revocatus, tum autem Constantinopoli privatus latebat, ut sua saltem præsentia ὁμοουσίου, consubstantialis, professores confirmaret. Ita factum, ut Ariani persecutionem adversus nostros renovarent. Ea res postquam est ad principem delata, veritus ille ne seditione et tumultu civitas turbaretur, militarem manum Nicomedia Constantinopolim misit, cum mandato ejusmodi, ut simul et ordinator et ordinatus comprehenderetur, atque alius alio exsulatum mitteretur. Eustathius igitur Bizyam (5), quod Thraciæ oppidum est, Evagrius in locum alium deportatus est. Proinde Ariani, quod plerique omnes in rebus secundis faciunt, magis magisque efferari, orthodoxos et recte sentientes admodum vexare, cædere, contumeliis afficere, in vincula conjicere, pecuniis etiam spoliare, intoleranda omnia adversus eos facere.

CAPUT XVI.

Περὶ τῆς ὁμώτητος τῶν Ἀρειανῶν, καὶ ὡς Οὐάλης κατὰ τὸν Ἀστακηνὸν τῆς Νικομηδείας πόλιν ὀρθοίκορτα ἐκκλησιαστικοὺς ἐπὶ μέσης θαλάσσης σὺν τῷ πλοίῳ πυρὶ παραβάλλουσαν.

De crudelitate Arianorum, et ut Valens circa Astacenum Nicomediæ portum octoginta ecclesiasticos viros una cum navigio in medio mari igni combusserit.

131 Porro cum nostris dura hæc et gravia essent, ad principem precatores misere, si quo modo finem ærumnæ ejus obtinere possent. Cæterum illi opinione sua plurimum sunt falsi, ut qui justitiam se ab injusto impetraturos esse speraverint. Cum namque dilecti ex ecclesiastico ordine octoginta viri, quibus præfuit Urbasus, Theodorus, et Menedemus, Nicomediam venissent, preces imperatori obtulissent, et de vi tanta quiritati essent, indignatus ille, in præsentia quidem iram pressit : deinde autem clam Modesto præfecto præcepit, ut comprehensos eos necaret. Supplicii ejus modus, quia novus et insolens prorsus fuit, posteritatis memorizæ est mandatus. Præfectus, si viros religiosos, qui nihil commisissent, propalam perime-

ret, ne seditio in vulgo oriretur, veritus est : quapropter eos se in exsiliū missurum esse assimulavit (6). In qua illi sententia magnis animis acquievere. Ille navim eos, veluti solum exsiliū causa versuros conscendere jussit, et nautis præcepit, ut in medio mari navem incenderent, ut cum eo modo illi interiissent, sepulcri cura carerent. Ventum est in sinum medium, qui Astacenus vocatur : ibi nautæ imperata fecerunt. Nam ipsi scapha, quæ navem sequebatur, conscensa, navigium (7) in quo viri illi vehebantur, incenderunt. Vehementius tum subsolanus ventus flabat, et proinde navis eo citius flammam concepit. Duravit ea usque ad locum Bithyniæ, qui Dacidizus nuncupatur, ibique una cum piis illis hominibus

(1) Sozom. lib. vi, cap. 24.

(2) Socr. habet Cotyanii. Legendum ex Suida, Cotyæi.

(3) Socrat. lib. iv, cap. 44 et 45.

(4) Sozom. lib. vi, cap. 13.

(5) Bizya arx regum Thraciæ, a Terei nefasto crimine iavisa hirundinibus. Plin. lib. iv, cap. 11.

(6) Constantinopoli autem Ariani plures pios catholicosque presbyteros navi, in qua nullum

erat instrumentum nauticum, imposuerunt, eamque pelago, ventis undisque temere ferendam commiserunt. Deinde populares quosdam suos in navigio alio submisere, qui ignem illi injicerent. Sic sancti illi viri cum igne et aqua conflictantes, postremo in mari submersi, martyrii coronam receperunt. (Theodor. iv, cap. 24.)

(7) Socrates navale esse dicit.

in littore est absumpta. Sedenim factum tam trulentum vindicta est prosecuta. Fames siquidem repente tanta est in Phrygia orta, ut necessario incolæ patriam (1) relinquerent, et Constantinopolim se atque ad alias diversas provincias conferrent.

CAPUT XVII.

Περὶ βίου καὶ ἀγωγῆς καὶ παιδείας καὶ συμφυχίας τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου· καὶ ὅπως ἐπὶ τῆς ἱερατικῆς καθέδραν ἀρτήθησαν.

De vita, institutione, studiis, et intima amicitia magni Basilii et Gregorii Theologi: et ut ad sacerdotalem sedem sint prosecti.

Cum vero multa nobis de Basilio Magno et Gregorio Theologo dicenda sint, operæ pretium facturum me esse putavi, si pauca quædam de arctissima, quæ tantis viris inter se fuit amicitia et conjunctione, præmitterem. Quod sane non rectius certiusque fecero, quam si Gregorii ipsius ea de re verba protulero, quæ in ea oratione sunt, quam is de Basilio funebrem conscripsit. «Tempore, inquit, procedente, ubi alter alteri mutuum amorem (factum id Athenis, ubi simul uterque litteris operam navavit) indicavit, affectionemque eam philosophiæ gratia conceptam esse constitit, tum alter alteri factus est omnia. Sub uno viximus tecto contubernales, et arcta inter nos devincti conjunctione idem spectavimus: et alter alteri animum flagrantem et constantem præstitit. Corporum namque necessitudo, quoniam rerum fluxarum est, haud aliter quam verni flores, interit. Neque enim, materia igne consumpta, flamma durat, sed una cum re cremata evanescit: neque charitas, ubi fomitis ardor emarcuit, consistit. Divinus autem et pudicus amor, quandoquidem rei firmæ et stabilis est, propterea solet esse constantior. Et quanto magis amantes rei desideratæ pulchritudinem considerant, tanto inter se conjunguntur magis. Hæc amicitia nostræ lex erat. Atque cum ad hunc modum inter nos animati essemus, et tales firmo thalamo, ut Pindarus inquit, aureas columnas substruxissemus, ita deinceps processimus, Deo simul et desiderio mutuo opitulatoribus usi. Sed quomodo sine lacrymis necessitudinis tantæ recorder? Eadem erat nobis rei invidiosissimæ, doctrinæ scilicet, spes proposita. Sed invidia abfuit, æmulationem autem utrumque exercuit: et certamen nobis erat, non uter nostrum prius ferret, verum uter alteri eas concederet. Alter enim alterius laudem et gloriam pro sua habebat. Et in utroque visa est anima una duo circumferre corpora. Quod si credendum non est dicentibus, omnia in omnibus esse sita: at nobis id saltem credatur, alterum in altero situm fuisse, et alterum ab altero pependisse. Utrique opus unum propositum fuit, virtus ipsa, et ut vitam omnem ad spem futuram dirigeremus, et prius inde animo transferremur quam corpore excederemus: ad quod spectantes, vitam et actionem omnem nostram ita instituimus, ut nos man-

datum divinum duceret, et alter alterum ad virtutem acueret atque excitaret. Et si non insolens hoc verbum esset, regulam et amussim, quibus quæ recta sunt, quæve minus, explorantur, alterum alteri fuisse dicerem. Sodalibus nos conjunximus non impudicissimis, sed modestissimis: non contentiosissimis, sed pacificis maxime, et quibuscum esse utilissimum est, quod sciremus, facilius vitia contagione contrahi, quam virtutem cum aliis communicari. Quandoquidem et morbus in alios citius, quam valetudo transfertur. Discipulas non jucundissimas magis quam honestissimas consecrati sumus. Nam per eas vel ad virtutem, vel ad vitia effinguntur adolescentes. Duæ autem nobis erant notæ viæ: altera prior et honestior, altera posterior, et non ejusdem momenti: illa ad sacra templa, et qui in eis sunt doctores, hæc ad profanos magistros ducens. Reliquas insistere eis volentibus reliquimus, videlicet dies festos, theatra, spectacula, conventus publicos, convivia. Nihil enim admirandum et præclarum esse duco, quod ad virtutem non conducat, neque eos qui studio ejus tenentur, meliores reddat. Atque aliis quidem alia sunt, vel a patre accepta, vel domo ex quotidianis studiis et actionibus reportata cognomina: nobis vero ingens momentum fuit et nomen, ut Christiani et essemus et nominaremur. Athenæ equidem aliis non parum, quantum ad animos pertinet, nocent. Nam id non frustra pii opinantur, quod plus illæ quam reliqua Græcia idolis abundant. Et profecto difficile est, non simul aliquem transversum rapi ab illorum laudatoribus et patronis. Nobis vero qui animis probe munitis atque instructi essemus, nullum ab illis obvenit detrimentum. Quin e diverso potius, quod quidem dictu mirabile est, ea ex re magis etiam in fide sumus confirmati, propterea quod errorem et impuritatem eorum cognoverimus: ibi dæmones despicientes ubi dæmones sunt in admiratione. Et si quis est aut creditur esse fluvius, qui per salsuginem amaraque maris dulcedinem suam retinens fluit: aut auidam aliqua, quæ in igne, a quo omnia consumantur, subsistit: id nos inter æquales omnes profecto fuimus. Et quod pulcherrimum est, sodalitas quædam nobiscum non ignobilis fuit, quæ ab illo tanquam duce instituebatur atque regebatur, eisdem nobiscum præterea cum opus sit, Euxino Ponto ingens framenti copia eo subvehatur. (Lib. iv, cap. 16.)

(1) Constantinopolim Socrates scribit frequentissimam multitudinem alere, propterea quod mare ei omne genus comæatus suppeditet: et

studiis gaudens. Quamvis pedites, juxta Lydium A currum, illius scilicet cursum et morem curreremus. Unde celebritas quædam nobis contigit apud magistros et commilitones nostros, præterea vero in Græcia omni, apud eos maxime qui in ea præcipue clari sunt. Quin jam fama quoque nominis nostri ultra Græciæ fines, sicuti hoc multorum sermone ferebatur, processit. Tanta namque præceptorum nostrorum, quanta Athenarum, et tanta nostra, quanta præceptorum laus fuit. Atque adeo per amicorum insigne, sicuti fuimus, ita et habitus sumus: ut nihil simile apud Græcos haberent vel Orestes et Pylades, vel Molionidæ, Homericæ carminis miraculum (1). » Hæc Gregorius de sua et Basilii disciplina et amicitia, quam etiam cum scripta pleraque, tum epistolæ eorum magis declarant. Hos sane viros si quis inter se conferre, vitamque, mores et virtutem eorum exponere velit, alterum alteri præferre addubitabit. Fuit enim inter eos, et vitæ sanctioris, et profanæ simul sacræque doctrinæ concertatio. Nam adulescentes adhuc, Athenis Himerii et Prohæresii, qui tum inter sophistas præcipui erant, deinde etiam Antiochiæ in Syria Libanii auditores et discipuli artem rhetoricam summe perdidicerunt. Et cum, quod ad philosophiæ studia valde appositum essent, quidam eos ad ludos aperiendos, et sophisticam vitam complectendam, alii autem ad causas in foro agendas cohortarentur, studio utroque contempto, solitariam sunt vitam secuti.

133 Itaque postquam in philosophicis litteris satis versati erant, ex Origenis et aliorum, qui illum vel præcesserant, vel consecuti fuerant, libris, sacrarum Litterarum sententiam addiderunt. Magna enim tum orbe toto Origenis gloria fuit. In ejus libris cum se exercuissent, Arianis strenue restiterunt. Et quia illi auctoritates et testimonia ex Origenis scriptis ad dogma suum comprobandum afferebant, ipsi eos refellerunt, non satis Origenis sententiam assecutos esse ostendentes. Apud multos quidem tum Ariani, atque Eunomius et ipse Arianizans, in magno fuere pretio. At illi postquam cum Gregorio et Basilio vel scriptis vel disputationibus sunt congressi, indocti prorsus esse comperti sunt. Basilius a Meletio Antiochiæ episcopo diaconus creatus, postea patriæ suæ Cæsareæ Cappadocum antistes factus, cum cura et fide ecclesiis præfuit. Veritus enim ne res Arianorum novæ Ponti etiam ditiones occuparent, celeriter ad eas partes percurrit, atque monachorum ibi exercitia instituens, et plerosque sacra doctrina erudiens, in fide etiam fluctuantes confirmavit. Gregorio autem, qui Nazianzi mediocri Cappadociæ oppido, patri suo in episcopatu successit, idem studium fuit. Circumiens enim et ipse oppida pleraque, eos qui in religione imbecilli erant, confortavit. Potissimum vero Constantinopolim frequentius visens, sententiæ suæ suffragatores in doctrina confirmavit: et postea in eam urbem legitime evocatus, administrationem Ecclesiæ ibi multorum episcoporum concursu et suffragio suscepit. Quod nisi divina gratia, ut is eo veniret, procurasset, quod expulsis omnibus, neque episcopus neque ecclesia ibi esset, periculum certe et metus fere fuisset, ne deinde Nicænæ fidei doctrinæ Constantino- poli locus deesset. Sed hac de re postea suo loco dicam. In præsentia historiam de Basilio persequar.

ὑστερον, συνδρομῇ πολλῶν ἱερῶν τῆς ἐκείσε ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐπετρόπη. Εἰ μὴ γὰρ αὐτὸν ἡ θεία χάρις ἐκείσε παραβάλλειν ἐκίνοι, μήτ' ἐπισκόπου μήτ' ἐκκλησίας οὐτις, πάντων δ' ἐλαυνομένων, ἐκινδύνους σχεδὸν μηκέτ' εἶναι τῇ Κωνσταντινίου τὸ τῇ ἐν Νικαίᾳ πίστει δόγμα. Ἄλλὰ περὶ μὲν τούτου καὶ αὐθὺς κατὰ χώραν ἐροῦμεν· τὸ δὲ γε νῦν περὶ Βασιλείου διέξειμι.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Ἦς μετὰ Εὐσέβιον Βασιλεῖος τὴν Καππαδοκῶν ἐπετρόπη· καὶ περὶ τῆς πρὸς Οὐάλεντα παρρησίας αὐτοῦ.

Διαφορὰ τις συνέθη τῷ πρὸ τοῦ Βασιλείου τῆς Ἐκκλησίας καθηγεμόνι Εὐσέβιῳ, εἰ ἐν διακόνους τελοῦντος. Ἦν δὲ ὁ Εὐσέβιος καὶ τῶν ἄλλων μὲν ἐπαινετὸς ὁ ἀνὴρ, καὶ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας κινδύνοις μάλιστα διαπρέψας, ὡς ὁ τότε εἰδείξε διωγμός. Τῆς οὖν διαφορᾶς γενομένης, Βασιλεῖο; μὲν ἐπὶ τὸν Πόντον ἐχώρει, καὶ τοῖς ἐκείσε φιλοσόφως ζῶσι συνῆν· ὁ δὲ τῶν Καισαρέων δῆμος, καὶ μᾶλλον ὅσοι τοῦ πλήθους ἦσαν σοφώτεροι, δι' ὑπόνοιαν εἶχον Εὐσέβιον, καὶ ἀπολιπεῖν τε αὐτὸν ἐβουλεύοντο, καὶ κατ' ἴδιαν χωρισθέντες, τὰς συναγωγὰς δῆτα ποιῆσθαι, ὅτι φυγῆς αἰτίας ἐγγόνει ἀνδρὶ τοσοῦτον τὴν ἀρετὴν καὶ βιοῦν λέγειν ὑπὲρ ἵπαντας εὐδοκίμω, καὶ ταῦτα σίφους τοσοῦτων αἰρετικῶν περιθέοντος. Ὁ μὲν οὖν Βασιλεῖος,

CAPUT XVIII.

Ut post Eusebium Basilio Ecclesia Cappadocum sit commissa: et de insigni ejus adversus Valentem dicendi libertate.

Eusebio, qui ante Basilium ecclesiæ Cæsariensis gubernator fuit, dissidium quoddam cum Basilio etiamnum diacono intercessit. Fuit autem Eusebius cum aliis in rebus vir magnus, tum certaminibus et periculis pro pietate subeundis maxime spectatus. Id quod ejus temporis persecutio declaravit. Dissidium autem cum eis intercessisset, Basilius in Pontum secessit, atque ibi cum monachis philosophice viventibus fuit. Plebs autem Cæsariensis, atque in primis qui ea erant cordatiores, quod Eusebium suspectum habebant, quasi fugæ causa esset viri tanti, qui virtute et moribus et eloquentia omnibus aliis clarior esset, eo præcipue tempore quo hæreticorum ingens multitudo circumcursa-

(1) Sozom. eod. cap. 14. Socrat. eod. cap. 26.

ret, consilium ejus relinquendi et seorsim conventus sibi suos agendi cepere. **134** Atque ita quidem Basilius, ne, quantum in eo situm erat, Ecclesiam plurimis tumultibus ab eis qui aliena sentiebant, conturbatam amplius affligeret, quietam in Ponticis monasteriis agebat vitam. Valens autem, et quæ cum eo erat sacra cohors (semper enim illum incitantes episcopi Ariani sequebantur) opportunum se tempus nactus esse dicentes, ut in Cappadocum Cæsarea quod vellent perficerent, propterea quod Basilius secessisset, et populus Eusebii odio ad discessionem spectaret, Nicomedia profecti Cæsaream, tanquam et hanc eversuri, venerunt: atque ibi quæ soliti fuerant, peragere sunt conati, videlicet ut recta sentientes ecclesiis exigerent, easque Arianis traderent. Cæterum consilium id frustra fuit. Quamprimum enim hos Cæsaream pervenisse nuntiatum est, Basilius monasticis in Ponto scholis vale dicto, Cæsaream et ipse redit, et Eusebio rebus omnibus aliis posthabitis conciliatur. Quo quidem facto animi sui benevolentiam maxime ostendit. Et quod in tempore magno judicio omnia cum ratione egit, disputationibusque opportune est usus, examen hæreticorum ingens repulit, et ecclesie temporibus durissimis profuit. Valens, postquam ei conatus non successit, una cum episcopis suis Antiochiam concessit (1): atque inde aliquanto post in Cappadociam reversus, Basilium, post Eusebii mortem ecclesias administrantem invenit: quem cum exigere vellet, cœlitus ea in re est impeditus. At enim nihilominus leonem statim se larva et terribilissimo exterriturum esse credens, ad præfecti tribunal eum misit (2). Ibi præfectus assistens eum interrogat, quænam de causa religionem imperatoris non complecteretur. Atque ille: Quod hoc sic Deus non præcepit, inquit. Et insuper imperatoris errorem reprehendit, atque homoousion, consubstantiale, defendit. Ubi vero ille mortem ei minatus est, Basilius gratiam se illi eo nomine habere dixit, quippe qui discedere ex tali rerum statu non gravate cuperet. Et cum præfectus amplius eam rem deliberare juberet, Basilius, Ego quidem, inquit, et hodie et cras idem futurus sum. Utinam vero tu teipsum non mutasses. Creatura enim cum sim, creaturam adorare, Deumque esse profiteri, in animum non inducam mentem. Sed neque religioni vestræ me aggregari sustinebo. Tametsi enim vos clarissimiet non minima orbis pars esse existimamini, **135** me tamen minime decet hominibus gratificari, et propterea fidem in Deum parvi pendere: quam ego mediusfidius proditurus non sum, etiamsi mihi bonorum publicationem, et exsilium, et aliud quidquam gravium ærummarum, mortemque adeo ipsam mineris. Nihil enim rerum talium mœrorem mihi afferre potest. Quod si facultates meas expetis, pan-

(1) Ad episcopatum eum, multorum episcoporum suffragiis est evectus. (Socrat.)

(2) Socrates, Basilium ab imperatore Cæsarea

Α ἵνα μὴ τὸ ἐφ' ἐπιπέδου τὴν ἐκκλησίαν ἐπιτρέψῃ, πλείστοις θορύβοις παρὰ τῶν ἑτεροδόξων κυμαινομένην, τοὺς κατὰ Πόντον φροντιστηρίοις ἐνέβαλεν ἰσχυρῆ διαζῶν, Οὐάλης δὲ καὶ ὁ περὶ αὐτὸν ἱερὸς στρατὸς (αὐτὸ γὰρ ἱκεῖν συνήσαν διερεθίζοντες) καιρὸν ἔχειν εἰπόντες καὶ ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ἀνοῦσαι τὸ σπουδαζόμενον, τὸ τε ἀπόδημον εἶναι Βασιλείου, καὶ τὸ διὰ μέσους ἀγεσθαι τῷ λαῷ τὸν Εὐσέβιον καὶ εἰς ῥῆξιν ὄρᾳν, ἐκ τῆς Νικομηδείας ἀπάραντες, ὡς καὶ ταύτην καταστρεφόμενοι, τῇ Καισαρείᾳ προσέβησαν, καὶ τὰ εἰωθότα ποιεῖν ἐπεχείρουν· ἐκβάλλειν μὲν τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς ὀρθόφρονες, τοὺς δ' εἰς Ἀρείου τρυφῆς δίδοναι. Ἠκίστα δ' αὐτοῖς μετὰ σκοπὸν ἀπέβη τὸ βουλευόμενον· ἅμα γὰρ ἠγγέλλετο τοῦτο: ἐπὶ Καισαρείας ἐλαύνειν, καὶ Βασίλειος τὰς ἐν Πόντῳ διατριβὰς χαίρειν εἰπὼν, ἐπὶ τὴν Καισαρείαν ἦκει· καὶ πάντα θέμενος ἐν δευτέρῳ, σπένδεται Εὐσεβίῳ, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα τὸ εὐνοϊκὸν ἐπεδείκνυ, κατὰ καιρὸν ἐν κρίσει τοὺς λόγους οἰκονομῶν. Ἐγκαίρως δὲ τοῖς λόγοις, τὸ πολὺ τῶν αἰρετικῶν ἀπεκρούσατο σμήνος· καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τὰ μέγιστα τηρικαῦτα ἐπέμυεν. Οὐάλης δὲ ἀποτυχὼν τῆς σπουδῆς, σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἱερεῦσιν ἐπὶ τῆς Ἀντιόχειας ἔχωρει. Μετὰ δὲ τινα χρόνον ἐκεῖθεν αὐτὸς εἰς Καππαδοκίαν γενόμενος, εὐρίσκειται Βασίλειον μετὰ τῇ Εὐσεβίῳ τελευτήν τῆς ἐκκλησίας ἐπιτραπέζια. Καὶ δὴ βουλευσάμενος αὐτὸν ἐξελάσαι, ἄνωθεν ἀπέσχετο τῆς ἐπιβουλῆς. Ὁμοῦ δ' οὖν εὐθύς μορμολυκείοι τὸν Λέοντα οἰόμενος ἐκφοβεῖν, εἰς τὸ τῶν ὑπάρχων ἐπεμπε δικαστήριον. Ὁ δὲ ὑπαρχὸς παραστησάμενος, πῦσιν προσήγειν οἷου χάριν, μὴ τὰ βασιλικῶν θρησκευεῖν αἰρεῖται· τὸν δ' ἀποκρίνασθαι, ὡς περ μὴ κελεύειν οὕτω Θεόν. Καὶ προσήγει τὰς μέμψεις καὶ τὸ ὁμοούσιον συνεκρότει. Ὡς δὲ θάνατον αὐτῷ διηπέθει, καὶ χάριν ἔλεγεν ἔχειν ἀπαλλάττειν ἤρμενον τῶν ὧδε. Εἰς σκέψιν δὲ τοῦ ὑπάρχου θειαιτὸν λόγον προτρεπομένου, τὸν Βασίλειον φάνα· Ἐγὼ μὲν καὶ σήμερον καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ὁ αὐτὸς ἔσομαι· εἴθε δὲ σὺ σαυτὸν μὴ ἐνήλλαττες· κτίσμα γὰρ ὢν, οὐκ ἂν κτίσματι προσκυνεῖν ἐλοίμην καὶ Θεὸν εἶναι ὁμολογεῖν. Ἄλλ' οὐδ' ὑμῖν κοινωνεῖν τῆς θρησκείας ἀνέξομαι. Εἰ γὰρ καὶ τῶν λαν ἐπισήμων ὑμεῖς, καὶ οὐκ ἐλαχίστης ἡγεῖσθε μοίρας τῆς γῆς, ἀλλ' οὐκ ἔμοιγε χαρίζεσθαι προσήκον ἀνθρώποις, τῆς δ' εἰς τὸ Θεῖον πίστεως διὰ ταῦτα ὀλιγωρεῖν· ἦν οὐκ ἔν προδοσίῳ, καὶ δήμευσιν, καὶ ὑπερορίᾳ, καὶ ἄλλοι τῶν θειῶν, καὶ θάνατον αὐτὸν ἀπειλήσ· οὐδὲν μὲ γὰρ τι τούτων ἀνίψιν ἔχει. Εἰ δὲ τὴν ἐμὴν περιουσίαν ζητεῖς, ῥάκια ταῦτα τρίχια καὶ βιδλία ὀλίγα, οἷ· ἐγὼ καλλωπίζομαι, εἰ τούτων σοι ἔρω, ἀπόλαυ. Εἰ δὲ καὶ ὑπερόριον βούλει ποιεῖν, ἔτοιμος. Πῶς δ' ἔσομαι εἰ τὴν γῆν παροδεύων, καὶ πρὸς ἄλλην χώραν σφοδρῶς ἐπευγόμενος; Τὸ δὲ σῶμα μετὰ τὴν πρώτην πληγὴν, αἰσθησῶς ἀμοιρῆσαν, καὶ βασιλῶν κρείττον ἔσται πάντων. Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἕτερα παρβήσιασάμενος, καταπιαγείς ὁ ὑπαρχὸς τὴν αὐτοῦ

Antiochiā evocatum, ibi comparuisse, et causam dixisse scribit. Lib. iv, cap. 26.

τῷ ἀνδρὶ, δρομαῖος τῷ βασιλεὶ προστῶν ἀνήγγειλεν ὡς· πιθοῦς στερόβωτος ὁ ἀνὴρ· καὶ ἡ προφανὴς κολάζειν, ἢ μηδισμῶς οἰεσθαι ταῖς ἀπειλαῖς· πειθῆνιον σχεῖν. Ὁ δὲ τῷ· ἡρέμει· τῆς δ' ἡμέρας τῶν θεοφανῶν ἐνισταμένης σὺν τῇ περὶ αὐτὸν φαντασίᾳ τῇ ἐκκλησίᾳ παραγενόμενος, δῶρά τε τῇ θείᾳ τραπεζῇ προσήνεγκε· καὶ τῷ πολλῷ τῆς εὐταξίας καταπλαγείς, παρατραπέις, μικροῦ ἂν εἰς τοῦδαφος ἐβρίπτο, εἰ μὴ τις τῶν ἐκ τοῦ βήματος δραξάμενος τοῦ χιτῶνος, τὸν βασιλέα πεσεῖν ἐπειγόμενον, ἀνεκτήσατο. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς λόγους ἤχε τάνδρῳ, ἔτι μάλλον ἐθαύμασε τῆς τε σοφίας καὶ τοῦ περὶ τὸ ἱερᾶσθαι καὶ ἐκκλησιάζειν, καὶ εὐταξίας κόσμον τὸν μέγαν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ταῖς τῶν ἐναντιῶν διαβολαῖς ἐδόκει ὑπερορίαν αὐτὸν κατοικεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἡ νῦς παρήν, καὶ ὁ δῖφος ἠυτέριπτο, ἐξαπίνης προσβάλλει νόσος τῷ τοῦ βασιλέως παιδί, ᾧ Γαλάτης ἦν ὄνομα. Ἐπὶ τόσον δ' ἦν ἰσχυρὰ τε ἡ νόσος καὶ σφλερὰ, ὡς ἀπαγορεύειν ἐκεῖνυ τὸ ζῆν, οἱ θεραπεύειν ἤσαν μάλιστα δόκιμοι. Οὐδ' ἄλλος δὲ ἀφόρητον ἠγούμενος τὸ πρᾶγθ' ἐκ τῆς ἐδάφους ἐβρίπτετο, πρὸ τοῦ παιδὸς ἠρημένος θανεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι ἐπένθει τὸν παῖδα. Δομνίκα δὲ ἡ βασίλισσα καὶ αὐτὴ χεῖρωνα πάτρουσα, δειμασιν ἔλεγε φοβεροῖς νυκτὸς ἐμπεσεῖν καὶ πάσχειν ταῦτα διὰ τὴν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον διατεινέτο ὕβριν. Καὶ αὐτίκα τὸν Βασιλεῖον τοῖς οἰκείοις ἐπέτρεπε μεταστέλλεσθαι, καὶ τῷ κειμένῳ ὅσα γε δυνατὰ βοηθεῖν· παρηγεῖτο γὰρ αὐτὸς περὶ τούτου κελαιεῖν ἔναγχος περιυδρισμένῳ. Ὁ δὲ παῖρ, καὶ ὁ παῖς ῥῆον ἔσχε. Πειραν δ' ὄλιως εἰσάγων, διεμηνύετο, « Εἰ ἀληθῆ, λέγων, ἃ σὺ δοξάζεις περὶ Θεοῦ, εὐχὴν κρᾶντε, καὶ θυσιάζετε· θύον, ἵνα μοι ὁ παῖς μὴ ἀπώληται. Ἄλλ' εἰ πιστεύεις, ἔφη Βασιλεῖος, ὡσπερ ἐγὼ, καὶ τὴν νόσον τῶν ἐκκλησιῶν ἀποξίσεις, πάντως που ζήσεται σοὶ ὁ παῖς. » Τοῦ δὲ συνθεμένου καὶ ἄλλως πρᾶξαντος, ὁ παῖς τοῦ βιοῦν ἀπῆλλετο. Ἰσχυρίζοντο δ' ἅπαντες, ὡς οὐκ ἂν ἀπολώλει, εἰ μὴ τοὺς ἐτεροδόξους καλέσας, σὺναμα Βασιλεῖψ εὐξασθαι ὑπὲρ τοῦ παιδὸς παρηγγύα· οἷς καὶ βαπτίζεῖν μᾶλλον τὸν παῖδα προὔτρεπετο. Βασιλεὺς δὲ τὸν ἄνδρα δι' αἰδοῦς ἄγων, χωρία τὰ κάλλιστα ὧν εἶχεν αὐτόν, τοῖς αὐτοῦ ξυνώσιν ἀπεχαρίζετο· ἀλλὰ πάλιν ὑπὸ τῶν συνήθων πολιορκούμενος ὁ κρατῶν, αὐτὸς τὸν ὄσιον μεταστέλλετο· καὶ τῆς τῶν ἐναντιῶν μερίδος γενέσθαι παρήγει. Ὡς δὲ τὸν ἀδάμαντα πείθειν οὐδαμῶς εἴχεν, εἰς ἔξορίαν ἀπάγειν ἐκέλευε. Καὶ ὁ μὲν τῆς ἐξορίας χάριτος ἐγράφετο· τῇ χειρὶ δὲ τοῦτον πειραθεῖς βεβαιῶσαι, οὐδὲν τῶν στοιχείων γράψαι δεδύνητο. Ὁ γὰρ κάλαμος εὐθύς συνετρίβη. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ δευτερός καὶ ὁ τρίτος ὡς τὸ εἰκὸς εὐθυνοῦμενος ἐπίσης τῷ πρώτῳ ἐπάσχον· ἔτι δὲ τὸ δυσσεβὲς γραμματεῖον ἐκεῖνο βεβαιῶν ἐπειράτο, σέεται μὲν αὐτῷ ἡ χεῖρ παραδόξως. Τρόμος δ' ἄσχετος αὐτὴν διέδεχτο. Ἐντεῦθεν δὲ κατασεισθεὶς τὴν ψυχὴν, καὶ

nos hosce et cilicia, atque libros paucos qui in mundo meo sunt, si hos, inquam, adamasti, recipe. Sin ut exsilio causa solum vertam, mavis, paratus ad id sum. Exsul vero quomodo ero, qui semper terram quasi peregrinarius pererro, et ad regionem aliam vehementer aspiro? Corpus porro hoc, vel post primam plagam, sensus omnino expers, et cruciatibus superius prorsus futurum est. Hæc atque his similia alia cum liberrime Basilius dixisset, consternatus ad viri prudentiam præfectus, celeriter ad imperatorem occurrit, eidemque, Basilius constantiorem esse, quam ut a sententia sua suasionem deducatur, renuntiat: quapropter aut propalam in eum animadverteret, aut persuaderi minis illum posse, existimare desineret. Imperator tum quidem quievit. Cum autem Epiphaniarum festus dies adesset, cum universa quam secum habebat, inani et splendida pompa in ecclesiam venit, et munus suum (3) ad sacram mensam attulit: atque ibi quod omnia miro ordine gererentur, ad stuporem delapsus et totus mutatus, in solum concidisset, nisi quidam ex ordine sacerdotali, tunica correpta imperatorem jam ruentem retinisset. Ubi vero sermonem quoque cum viro contulit, magis etiam sapientiam, sacrisque obeundis et concionibus atque conventibus peragendis dexteritatem, nec non rerum omnium ordinem pulcherrimum admiratus est. Sedenim postea brevi adversariorum calumniis permotus, in exsiliu eum mittere constituit. Et jam nox aderat, et currus præparabatur, cum derepente morbus imperatoris filium, cui Gallo nomen erat, invadit. Tam vehementem autem et periculosus is erat, ut qui puerum curabant medici insignes, de vita ejus desperarent. Valens casum eum impatientissime ferens, in solo volvitur, pro filii salute mortem sibi ipsi optat, et insolabiliter lugeat. Dominica quoque imperatoris conjux graviter affligitur, et horrendis noctu pavoribus territam, atque id propter eam quæ episcopo illata esset injuriam, passam se esse confirmat. **136** Proinde Basilius statim per suos accersit: eumque, ut jacentem puerum, quod posset, adjuvaret, rogat. Ipse namque imperator, propter recentem etiamnum ei factam injuriam, quidquam ab eo petere verebatur. Basilius adest, et puer meliuscule habet. Imperator nihilominus periculum facturum, ad illum: « Si vera, inquit, sunt quæ de Deo doces, precare, et Deum exora, ne mihi filius intereat. » At ille: « Si idem quod ego credis, morbumque grassantem ab ecclesiis dispellere constituis, omnino puer convalescet. » Cæterum cum Valens id se facturum reciperet, et aliter tamen faceret, puer e vita excessit. Omnes autem asseverarunt, non periturum

(1) Munus offertorium: quod αὐτοῦργός, hoc est, sua ipse manu obtulit. (Greg. Naz.)

(2) Cum autem id non annueret imperator: Basilius, *De pucto*, inquit, *voluntas Domini fiet*. (Socr.)

(3) Afuit isti colloquio Demosthenes quidam, imperatoris obsonator, qui orbis universi doctorem carpens, barbaramente loquebatur. At Basilius subridens, Ἐθεασάμεθα, inquit, καὶ Δημοσθένη ἀράμματος, hoc est, *En Demosthenem quoque*

fuisse puerum, nisi imperator eis qui aliena sentiebant, evocatis, precati eos una cum Basilio pro pueri salute iussisset: quos etiam ut puerum baptizarent, est exhortatus. Imperator porro virum veneratione prosequens, prædia quæ ibi habuit pulcherrima, xenonibus seu hospitalibus ejus domibus donavit. Sed rursus a familiaribus expugnatus, virum sanctum ad se accivit, et ut se adversariorum factioni adjungeret, hortatus est. Postquam autem adamantem permovere suasionem non potuit, exulare eum jussit. Et jam exsili libellus scriptus erat: quem ubi mana sua Valens roborare est conatus, litteram nullam exarare potuit; calumniam namque statim est confractus. Quod ubi in altero, et etiam tertio, ad scribendum, sicuti convenit, adaptato, itidem ut primo accidit, et ipse adhuc in scripto impio confirmando perstitit, manus ei supra quam credi possit concussa, tremore intolerabili est occupata. Proinde animo percussus, atque pavore plenus, charta correpta, ambabus eam dilaceravit manibus. Paulo vero post, præfecto quoque accidisse dicunt, ut morbo circumventus gravi, ubi vindictam supplex est deprecatus, totus convalesceret. Verum quid hæc sunt ad alias viri hujus primarias virtutes, qui et factis et doctrina mirissem est consecutus gloriam? Multa autem pulcherrima scripta vir iste et Gregorius Ecclesiam Christi reliquerunt. Quæ nisi omnibus fere nota esse scirem, aliquid etiam de eis sigillatim dixissem. Horum plurima Rufinus dicitur in Latinam linguam transtulisse. Atque hæc de Basilio et Gregorio breviter sint dicta.

137 CAPUT XIX.

De fraterna conjunctione et amicitia Basilii et Gregorii, et de sancto Gregorio Nysseno: et quod tres in Ecclesia fuerint Gregorii, sanctitatis omnes participes: et præterea quartus quidem hæreticus.

Habuit autem Basilius fratres, quorum unus Gregorius fuit, Ecclesiæ Nyssensæ lux et ornamentum: vir secundum fratrem doctrina, moribus et vitæ sanctitate spectatus. Et quamvis is conjugem habuerit, rebus tamen aliis fratri minime cessit. Qui Basilio mortuo, *Hexæmeron* sive sex dierum opus illius adimplevit, et adversus Eunomium et Apollinarem confutationes scripsit. Constantinopoli quoque in divum Meletium orationem funebrem composuit, aliaque insuper plurima opuscula doctrinis et institutionibus plena Ecclesiæ Dei reliquit. Ostendunt autem virum talem cum alia tum præcipue in Gregorium illum miraculis celebrem oratio ab eo edita. Secundus Basilii frater Petrus fuit, qui una cum illo vitam monasticam primum consecutus, deinde urbem Sebastiam sacrorum antistes gubernavit. Tertius Naucratus, qui juvenis in ascetico instituto defunctus est. Accessit ad hos celebris illa Macrina soror, cui Gregorius libellum *De anima* dicavit. Ei, sicuti accepi, hæretici quidam Origenica dogmata injecerunt. Omnes autem isti propter vitæ integritatem, in numerum sanctorum sunt relati: quemadmodum sane et Gregorii Cæsarius frater, et Gorgonia soror. Quoniam autem Gregoriorum nominis similitudine in librorum Inscriptionibus discernendis nonnulli errant, scire peropus est, tres fuisse Gregorios in Ecclesia Dei præclaros. Ponti-

Α δειματο; πλῆρης γενόμενος, τὸν χάρτην δραξάμενος, ἀμφὸν διέβηξε ταῖν χειρῶν. Μικρὸν δ' ὕστερον καὶ τῷ ὑπάρχῳ ταῦτα συμβῆναι φασί· νόσῳ γὰρ περιπετῶν χάλειπῃ, ἐπειδὴ ἀντιβολῶν παρηγεῖτο τὴν νέμεσιν, ὕγης ἕλος ἦν. Ἄλλὰ τί ταῦτα πρὸς τὰ τῶ ἀνδρὸς προτερήματα, ἔργοις καὶ λόγοις ὑπερφυῶς εὐδοκιμητότος; Βιβλία δὲ πολλὰ τε καὶ κάλλιστα οὗτός τε καὶ Γρηγόριος καταλείπει τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ. Ἄπερ εἰ μὴ δῆλα πᾶσιν ἦσαν σχεδὸν, καὶ κατὰ μέρος περὶ τούτων διεξῆεν ἂν· ὡν τὰ πλεῖστα, φησί, Ρουφίνος εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν μετέβαλε γλώσσαν. Καὶ περὶ μὲν Βασιλείου καὶ Γρηγορίου τσαῦτα ἐν ἐπιτόμῳ εἰρήσθω.

B et etiam tertio, ad scribendum, sicuti convenit, adaptato, itidem ut primo accidit, et ipse adhuc in scripto impio confirmando perstitit, manus ei supra quam credi possit concussa, tremore intolerabili est occupata. Proinde animo percussus, atque pavore plenus, charta correpta, ambabus eam dilaceravit manibus. Paulo vero post, præfecto quoque accidisse dicunt, ut morbo circumventus gravi, ubi vindictam supplex est deprecatus, totus convalesceret. Verum quid hæc sunt ad alias viri hujus primarias virtutes, qui et factis et doctrina mirissem est consecutus gloriam? Multa autem pulcherrima scripta vir iste et Gregorius Ecclesiam Christi reliquerunt. Quæ nisi omnibus fere nota esse scirem, aliquid etiam de eis sigillatim dixissem. Horum plurima Rufinus dicitur in Latinam linguam transtulisse. Atque hæc de Basilio et Gregorio breviter sint dicta.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Περὶ τῆς ἀδελφότητος Βασιλείου καὶ Γρηγορίου καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης· καὶ ὅτι τρεῖς εἰσὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ Γρηγόριοι· καὶ ὅτι πάντες ἀγιοσύνης μετέσχον· ἕτερος καὶ τέταρτος, αἰρετικὸς.

Ἄδελφοι δὲ Βασίλειῳ ἦσθη, Γρηγόριος ὁ τῶν Νυσσαίων φωστὴρ, ἀνὴρ μετὰ τὸν ἀδελφὸν δευτέρως ἐν τε λόγοις καὶ τρόποις καὶ βίου σεμνότητι· καὶ περὶ δ' οὗτος καὶ γυναῖκα ὀμιλήσας κατ' οὐδὲν τοῖς ἄλλοις τἀδελφοῦ λείπεται· ὃς Βασιλείου τεθνήκτος, καὶ τὴν ἐκείνου Ἐξαήμερον ἀνεπλήρου, καὶ κατ' Εὐνομίου καὶ Ἀπολλιναρίου ἀντιρρήσεις συνέταξε, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπιτάφιον τῷ θεῷ Μελιτίῳ συγγράφει, καὶ ἄλλα πλεῖστα βιβλία διδασκαλίας· καὶ δογματῶν ἀνάμεσα τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ καταλείπει. Δείκνυσι δὲ καὶ ἄλλα μὲν τὸν ἄνδρα, μάλιστα δὲ ὃς ἐπονήθη αὐτῷ λόγος εἰς Γρηγόριον τὸν ἐν θαύμασι περιδότηον. Ἦν δὲ τοῦτο καὶ ἀδελφὸς ἕτερος Πέτρος, ὃς τὸν μονήρη βίον μετὰ Βασιλείου ἐξήλωσεν, ὕστερον δὲ τὴν Σεβαστηνῶν Ἰθουε πόλιν. Ἄλλὰ καὶ Ναυκράτιος ἕτερος ἐν ἀσκητικῇ πολιτείᾳ νέος τὸν βίον λιπῶν· καὶ Μακρίνα ἡ περὶ ὡνυμος, ἣ καὶ τὸ *Περὶ ψυχῆς* βιβλίον Γρηγόριος ἀνατίθησιν· ὧ τινε; τῶν αἰρετικῶν, ὡς ἐπιθυμῆν, Ὀριγένεια ὑπέσπειραν δόγματα. Πάντες δ' οὗτοι τῷ τῆς πολιτείας σεμνῷ, τῆς ἀγιοσύνης κατηξιώθησαν· ὡσερ δῆτα καὶ Γρηγορίου Καισάρειος καὶ ἡ Γοργονία. Ἐπεὶ δὲ τινε; τῆ ὁμωνυμίας τῶν Γρηγορίων πλανῶνται τῇ ἐπιγραφῇ τῶν βιβλίων, ἰστέον ὡς τρεῖς εἰσὶ Γρηγόριοι τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ διαπρέψαντες· ὃ τε εἰρημένος Ποντικός· ἐκ Νεοκαισαρείας ὁρμώμενος· ἀρχαιότερος τούτων, τῷ Ὀριγένει διδασκάλῳ χρῆσάμενος. Περὶ οὐ πολὺ;

illitteratum vidimus. Et cum ille magis etiam excandescens, minas profunderet: Tuum est, Basilius ait, de delicatioribus jusculorum condimentis.

curam gerere. Divina enim dogmata, qui aures obturatas habetas, exaudire non potes. (Theod. lib. 11, cap. 19.)

λόγος· Ἐν τε Ἀθήναις καὶ Βηρυτῷ, καὶ τῇ Ποντικῇ A
διοικήσει, καὶ ἄλλῃ τῇ οἰκουμένῃ, ἦν τοῖς θαύμασι,
καὶ τοῖς λόγοις ἐπέδραμεν. Ἐν δὲ Καισαρείᾳ τῷ
Ἀριγένει συγγενόμενος, ἀχώριστος αὐτοῦ διέμεινε
τοῦ λοιποῦ, καὶ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν ὑπ' αὐτοῦ
παίδευθεῖς· Ἐπειτα τὴν πατρίδα καταλαβὼν, ἀνεχώ-
ρησέ, καὶ λαϊκὸς ὢν πολλὰ διεπράξατο, δαίμονας
ἐλαύνων, νόσους ἰώμενος, τοὺς δ'· Ἐλληνίζοντας λό-
γοις καὶ πλεον τοῖς τερατείοις προσεπαγόμενος·
τούτου καὶ ὁ μάρτυς Πάμφιλος μέμνηται ἐν τοῖς εἰς
Ἀριγένην ποιηθεῖσιν αὐτῷ βιβλίοις· ἐν οἷς καὶ συ-
στατικὸς λόγος Γρηγορίου πρὸς Ἀριγένην παράκει-
ται. Καὶ τρεῖς μὲν οὗτοι Γρηγόριοι, ἐν κεφαλαίῳ εἰ-
πεῖν, γαγόνασιν· ὁ τε προῤῥηθεῖς οὗτος, καὶ ὁ τοῖς
παλαιῶς Ναζιανζηνός, ἡμῖν δὲ ἀξίως τῆς προσηγο-
ρίας τυχὼν Θεολόγος γάρ· καὶ ὁ ἀδελφὸς Βασίλειος. B
Ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλο· Ἀριανὸς ὁ μετ' Ἀθανάσιον
γεγονώς, ὃς καὶ ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀνήρηται. Τσαυῖτα
καὶ περὶ τούτων.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου,
ὡς δι' ἀγγέλου τὴν χειροτονίαν ἔσχε· καὶ ὡς
τηνικαῦτα καὶ ὁ θεὸς Χρυσόστομος νέος ὢν,
τὰς τῆς ἐνούσης αὐτῷ χάριτος παρεδείκνυ
μαρμαρυγὰς.

Τοῖς δ' αὐτοῖς χρόνοις καὶ ὁ τῆς Ἰκονιέων προ-
εδρεύσας διέλαμπεν Ἀμφιλόχιος, ὃ φίλῳ μάλα ἀρί-
στῳ ἔχρωντο Γρηγόριος καὶ Βασίλειος· καὶ δείκνυσί
γε τὰ πρὸς αὐτὸν αὐτῶν γράμματα, καὶ μάλιστα C
Βασιλείου, αἶ τε νομοθεσίαι, καὶ τὰ περὶ τοῦ ἁγίου
Πνεύματος εἰρημένα ἐν κεφαλαίοις τριάκοντα, ἃ
τοῖς πολλοῖς καὶ Ἀμφιλόχια κέκληται. Περὶ τούτου
δὴ τοῦ Ἀμφιλοχίου πολλὰ μὲν ἱστοροῦσι λόγου καὶ
μνήμης ἄξια· ἀπλοῦς γὰρ ἦν ὁ πρεσβύτερος· καὶ βίῳ
καὶ λόγῳ ἐρπυμῆλῳ ἔχρητο, ὡς καὶ πολλὰ τῶν συγ-
γραμμάτων ἐξενεγκεῖν. Πλὴν ἡ θεία χάρις ἄλλοτε
ἄλλως τὰ ἡμέτερα διοικούσα, καὶ διευθύνουσα, και-
νοτομεῖ τι καὶ περὶ τούτων τὸν ἄνδρα ὑπερφύεῖ τι
καὶ ἔξονον τεράστιον. Ταῖς γὰρ ἐρήμοις φιλοσοφῶντι
τῷ περιόντι τοῦ βίου καὶ λόγου, ἀγγέλους ἐπιπέμπει
θεός, οἱ εὐλογίας τε μυστικῆς καὶ ἀρχιερατικῆς
υἰοθεσίας καταξιώσαντες, νοερῶς ἐτελείωσαν, καὶ
εἰς ἱεράρχην τῆς Ἰκονιέων ἀνεκέρυξαν πόλεως. Ὅν D
δὴ καὶ εἰσέπειτα οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον χειροτο-
νεῖν κατὰ τὸν τόπον συνελθόντες ἐπίσκοποι, ἐπέ-
περ παρ' αὐτοῦ ἔγνωσαν ὑπ' ἀγγέλων Θεοῦ τὴν τε-
λεσιουργίαν λαθεῖν, δόξαν τῷ τῶν ὄλων Θεῷ ἀναπέμ-
ψαντες ἐπὶ τῷ ἱερῷ καὶ θείῳ τούτῳ χάρισματι, ὡς
ἀρχιερέα Θεοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου συνήγορον, καὶ
τῆς πίστεως πρόμαχον, εὐ μάλα καὶ μετὰ θεοῦ
προσῆχαντο· καὶ τὸν συνήθη ἀσπασμὸν ἐπιθεδικό-
τες, τὰ τῆς ἱερατείας πράττειν ἐπέτρεπον. Τηνι-
καῦτα δὲ καὶ Ὀπτιμος καὶ Λητώσιος ἦσαν ἐπίσκοποι,
ἄνδρες βίῳ καὶ λόγῳ τῆς προγονικῆς καὶ θείας ὑπερ-
εστάμενοι πίστεως· ὧν ὁ μὲν Πισιδίης, Λιτώσιος δὲ
τῆς Μελιτινῆς τὴν ἐπιτροπὴν ἔσχεν. Καὶ ὁ θεὸς δὲ

(1) Socrat. cod. cap. 27.

A cum illum, quem diximus Neocæsarea ortum, et
reliquis antiquiorem, Origenis discipulum: de quo
celebris fama est Athenis, et Beryti, et in provin-
cia Pontica, totoque adeo orbe, quem miraculis et
doctrina percurrit. Hic Cæsareæ cum Origene fuit,
ac deinde ab eo non discedens, verioreni philo-
sophiam perdidicit (1). Postea in patriam re-
versus, primum ut laicus et profanus multa præ-
clare egit, dæmones expulit, morbos sanavit, Græcæ
superstitionis sectatores eloquentia, seu potius
prodigiis ad fidei nostræ professionem adduxit. 138
Meminit etiam hujus Pamphilus martyr in suis,
quos in Origenem elaboravit, commentariis: in qui-
bus oratio laudatoria Gregorii ad Origenem inserta
invenitur. Tres isti Gregorii ut breviter dicam,
fuerunt: is de quo modo memoravimus, et qui a
veteribus Nazianzenus, a nobis autem, quod tali
 τροφήν νιψάμενος, ἐκεῖνοις γὰρ διεκονεῖτο ἐστιωμέ-
 νους, ἑαυτὸν κατεμήνυσε· τοὺς δ' ἐν θαύματι τὸν
 ἄνδρα πεποιηκότας, δηλώσαι οὐ χάριν ἔχον· τῇ γὰρ
 μὴν πρὸς αὐτὸν αἰδοῖ ἀδειαν αὐτῷ φυγῆς παρασχέειν·
 τὸν δ' ἀποδοχῆς ἀξιώσαντα ἀποκρίνασθαι μὴ ἂν
 ἐλθεῖν ταυτὰ τοῖς ὁμόφροσι τῶν ἱερέων παθεῖν, τὸ
 ἔκοντα πρὸς τὴν ὑπερορίαν ἀφίχθαι· ἀλλ' ἔκοντι
 τὴν ὑπερορίαν ὑπομείναι φυγῆν. Οὐ δὲ γὰρ γενόμενος, B
 ἔτ' ἐκ νέου τῷ φιλοσοφεῖν εἰθισμένος, διὰ πάσης
 ἀρετῆς ἔχων περιθόητος ἦν. Σώλων δὲ τὸν ἐμπορι-
 κὸν βίον ἀπαρνησάμενος, τὸν τίμιον μαργαρίτην
 ὠνεῖτο. Ὑπὸ γὰρ τῷ ἀδελφῷ Μέλαινι καὶ τοῖς ἐκεῖσε
 διδασκάλους τὸ βιοῦν μεταθέμενος, καὶ ἐπιμελῶς
 παιδεύθεις, ὅτι κλειστόν περὶ τὸ θεῖον ἐπεδείξατο τὴν
 σπουδὴν· μάλιστα δ' ἦν ἀγαθὸς τοῖς πέλας ἀπλότητι
 βίου χρώμενος. Τοιούτων δὲ καθηγεμόνων τὸ κατ'
 ἀρχὰς ἢ Ῥινοκουρούρων ἐκκλησία ἐπιτυχῆς γενο-
 μένη, ἐπὶ πολὺ τοῦ χρόνου διήρκασε τοῖς ἐξ Ἰδου,
 χρωμένη θεσμοῖς, καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν εὐφορίαν πη-
 γάζουσα. Ὁ δὲ ἐνίζων εἶχαν ἡ τοιαύτη ἐκκλησία,
 καὶ τῶν ἄλλων ἐπίσημον μάλιστα, ὅτι περὶ τοῖς αὐτοῖς
 κληρικῶς κοινὴ τε ἦν οἰκείσις, καὶ τράπεζά τε καὶ C
 ἀγωγή καὶ δάματα μία, καὶ πάντα δὴ τὰ λοιπά. Το-
 σούτα καὶ περὶ τῶν Ῥινοκουρούρων.

est. Cum de ecclesiæ δημοουσίῳ, consubstantialis,
 fidei defensores exigenter, atque eo qui ipsum
 quoque egerent, advenissent, repererunt eum
 veluti servorum extremum ecclesiæ lucernis ador-
 nandis hilariter incumbentem. Lucernarum enim
 lineos funiculos in manibus habebat, veste simul
 et cingulo sordidatus. Atque cum illi episcopum
 requirerent, indicaturum se eis illum respondit,
 eosque in domum episcopalem duxit : atque ubi
 is eis de via fessis, mensa apposita, pro re-
 rum tenuium copia cibum delisset, atque eden-
 tibus ministrasset, sublata mensa manus lavit, et
 seipsum eis indicavit. Illi virum admirati, causam
 adventus sui cum ostendissent, remittere se ei
 exilium, propter reverentiam ejus, dixerunt. Quod
 posteaquam accepisset, eis respondit, non idem
 se, quod alii consentientes sibi episcopi fecissent,
 commissurum esse, ut invitum solum exilii causa
 verteret, sed sua sponte in exilium iturum. Atque
 cum ibi esset, veluti qui ab adolescentia mona-
 sticæ philosophiæ assuevisset, omni genere virta-
 tis præclarus admodum fuit. Solon autem, ubi
 mercaturæ renuntiasset, pretiosam mercatus est
 margaritam. Nam sub fratre Mela ejusque loci
 magistris fideliter atque diligenter edoctus, muta-
 tione vitæ plurimum in rebus divinis studii osten-
 dit, et morum simplicitate erga proximos bonus
 maxime fuit. Ecclesia Rhinocururæ postquam tam
 egregios primum duces nacta est, longo deinde
 tempore consuetis constitutionibus uti perrexit, et
 viros præclaros protulit. Illud porro novum, et
 inter alia maxime insigne in ecclesia ea fuit, quod

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

191 CAPUT XXXIX.

Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μοναχῶν, Ἡσυχᾶ, Ἐπι-
 φανίου τοῦ Κύπρου, Σαλαμίνῃ, Ἀμμωνίου,
 Σιλβανοῦ καὶ Ζαχαρίου.

De Palæstinæ monachis, Hesycha, Epiphantio Cyprio,
 Salamine, Ammonio, Sylvano et Zacharia.

Ἐν δὲ τούτῳ καὶ κατὰ Παλαιστίνην πολὺ τι στί-
 φος φιλοσόφων ἦν ἀνδρῶν. Ἔτι γὰρ περιῆσαν τῷ
 βίῳ οἱ κατὰ τὴν Κωνσταντινου βασιλείαν ἡμῖν εἰρη-
 μένοι, τῇ μοναχικῇ πολιτείᾳ καὶ ἐπιστήμῃ ἐμπρέ-
 ποντες. Καὶ ἄλλοι δ' ἐπὶ τούτοις συνήχμαζον ταῖς
 ἐκεῖνων ἀγαθῶν συνουσίαις, ἐς πολὺ τι χρῆμα ἐπι-
 διδόντες τῆς ἀρετῆς· καὶ προσετίθεντο τοῖς ἐνταῦθα D
 φροντιστηρίοις, οὐ τὴν εὐχόμενον εὐκλείαν τούτοις
 κορίζοντες· ὡς πρότερος, Ἡσυχᾶς ἦν, ἐταῖρος
 ὢν ἐς τὰ μάλιστα τῷ παμμεγίστῳ τὴν κατὰ θεὸν
 βίωσιν Ἰλαρίωνι· πρὸς δὲ καὶ ὁ πολὺς τὴν ἀρετὴν
 Ἐπιφάνιος, ὃς πολλῶν χρόνων ὑστερον καὶ τῆς ἐν Σα-
 λαμίνῃ τῆς Κύπρου ἐκκλησίας τὴν ἐπιτροπὴν ἔσχεν.
 Ὁ μὲν οὖν Ἡσυχᾶς τὸ τῆς ἡσυχίας ἐργαστήριον ἐπὶ
 Γάζης, ἐνθα δὲ καὶ ὁ ἐταῖρος εἶε· οὖν διδάσκαλος
 καὶ σύμπλους αὐτῷ Ἰλαρίων, εἶχε. Ὁ δὲ ἱερὸς
 Ἐπιφάνιος περὶ κόμην ἐν τῇ Βησανδοῦκην νομοῦ,
 ὅθεν καὶ ὠρμητο, νομοῦ Ἐλευθερουπόλειος· νέα δὲ
 πάμπαν τῇ ἡλικίᾳ ἀρίστοις χρῆσάμενος διδασκάλους,
 καὶ παιδείας χάριν μοναστικῆς οὐκ ἐλάχιστον ἀνύσας
 ἐν Αἰγύπτῳ χρόνον, παρὰ τε τοῖς ἐκεῖσε δὲ καὶ Πα-

In Palæstina quoque eo tempore plurimi florere
 solitarii philosophi. Adhuc enim superstites erant,
 quos, cum de Constantini imperio ageremus, dixi-
 mus scientia et vitæ monastica effulgentes. Sed et
 alii cum illis institutis illorum emulere, qui virtuti-
 bus profectu, non pœnitenda laude et gloria mo-
 nasteria auxerunt. Horum præcipuus fuit Hesy-
 chas, Hilarioni illi, vita ea quæ secundum Deum
 est, longe præstantissimo, sodalis charissimus.
 Item virtute præclarus Epiphanius, qui longo post
 tempore ecclesiæ Salaminis in Cypro episcopus
 præfuit. Et Hesychas quidem quietis officinam
 apud Gazam instituit, eodem quo sodalis seu magi-
 ster, in rebus omnibus secum consentiens Hilarion,
 loco; sacer autem Epiphanius, circa quemdam vi-
 cum Besanducem, præfecturæ Ekeutheropolis, ubi
 etiam ortus fuerat. Hic in prima ætate optimis usus
 præceptoribus, et doctrinæ monasticæ gratia longo
 tempore in Ægypto moratus, apud Ægyptios simul et
 Palæstinos, per virtutis studium, insignem adeptus
 fuerat laudem : nec minus etiam apud Cyprios, apud

quos episcopatum gessit. Unde conicere licet, ea de causa præclaram cum famam per orbem omnem esse consecutum. Cum enim in ampla et maritima, eademque populosissima urbe sacrorum antistes esset, et cum illustri virtutis gloria civiles quoque res tractaret, brevi tempore non civibus solum, sed advenis etiam undecunque eo appellentibus notissimus fuit, qui eum partim convenerunt et viderunt, partim ex sermonibus eorum qui illum viderant, cognoverunt. Prius autem quam in Cyprium veniret, eo quo diximus tempore in Palæstina vitam egit, cum in monasteriis ibidem sancte et graviter admodum eriterent, Salamines, Pyschon, Malchion et Crispion, claro loco nati, et fratres, circa Bethelam vicum præfecturæ Gazæ, studia virtutis exercentēs. Habuerunt et ii Hilarionem magistrum. **132** Fertur namque, cum aliquando simul isti apud eum fuissent, et simul domum reverterentur, ex eorum medio Malchionem solum quodammodo raptum disparuisse: atque ubi rursum subito apparuisset, idem cum fratribus iter carpsisse: et paulo post e vita excessisse, juvenilem quidem adhuc ætatem agentem, sed virtute et Dei amore non multum eis qui in tali studio consueverunt, concedentem. Tum Ammonius quoque decem fere stadiis ab eis distans, et circa vicum Chapharehoubran Gazæ subditum casam suam habens, clarus fuit, ex eo vico oriundus: vir qui accurate et constanter in instituto monastico perduraverit. Sed et Sylvanus in Palæstina ortus, eo, ut mihi videtur, tempore superstes fuit: qui eum a Deo accepit honorem, ut angeli ei inservierint. Et cum primum in Ægypto philosophatus esset, in montem Sina inde transit: postea autem in torrente Geraræ maximum, pulcherrimum et clarissimum bonorum virorum construxit monasterium: cui post eum admirandus præfuit Zacharias.

CAPUT XL.

De Syria et Edessæ monachis, Ephraim, Aphraate, Juliano, Barse et Eulogio, qui episcopatum in monasteriis gesserunt.

Ex Ægypto et Palæstina, ad eos monachos qui in Syria et finitima ei Perside fulserunt, transeundum: qui cum Ægyptiis quam maxime certantes, quam plurimi et virtute clarissimi evasere. Circa Nisibim ad montem cui Sigoron nomen est, vitæ sanctitate celebres fuere, Bathæus, et Eusebius, et Barges, et Hallas, et Abbos, et Abdaleus, et Zeno, et Heliodorus, et Lazarus, qui episcopus etiam est factus. Qui quod non ita pridem novum hoc philo-ophiæ institutum exercere incepissent, βοσκολοί, hoc est, pascentes, seu pabulatores, cognominati sunt: propterea quod lecta non haberent, nec panem, aut vinum aut opsonium aliquod gustarent: sed continenter in montibus versantes,

λαϊστινοῖς, ἐπίσημόν τε κλέος ἐκταῖο τῷ ἐπιπόνοῦ τῆς ἀρετῆς· ἔπειτα δὲ καὶ παρὰ Κυπρίοις, ὧν καὶ τῆς ἱερωσύνης ἠγήταο· δι' ὧν εἰκάζειν ἔστιν, ὡς ἐνταῦθεν μᾶλλον ἀοίδιμον τὴν φήμην ἀνά πάσαν τὴν ὕψλιον ἐκκληρώσατο. Ἐν τε γὰρ πόλει μεγάλῃ καὶ παρὰ τὴν πόλιν οὐκ ἐλάχιστον κεκτημένη τὸ ἱερῶσαι λαχῶν, καὶ μετὰ περιφανοῦς τῆς ἐξ ἀρετῆς δόξης πράγμασι πολιτικοῖς ἐμβαλῶν, ἐν βραχεὶ χρόνῳ οὐ τοῖς ἀστοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς δὴ ποτε καταίρουσι ξένοις γνώριμος ἐσάγαν ἐγένετο τοῖς μὲν καὶ εἰς πείραν ἤκων καὶ θεαθεῖς, τοῖς δὲ καὶ παρὰ τῶν ἰδόντων τυθομένοις τοιοῦτον εἶναι. Πρὶν δ' εἰς Κύπρον ἐλθεῖν, κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐν Παλαιστίνῃ διέτριβεν· ὁπνῆκα δὴ ἐν τοῖς κατ' ἐκείνην φροντιστηρίοις σεμνῶς· μᾶλα διέπρεπον Σαλαμίνης τε καὶ Φύσκων καὶ Μαλχιῶν· πρὸς δὲ καὶ Κρῖσιων εὐπατριδαὶ δυνατεὶ καὶ ἀδελφοὶ ἀμφὶ Βηθελεὴν κώμην, νομοῦ Γάζης, τὸ τῆς ἀρετῆς ἐργαζόμενοι μέλι. Καὶ οὗτοι δὲ διδασκάλῳ ἐχρήσαντο Ἰλαρίωνι. Λέγεται γὰρ ποτε ἅμα οὗτοι παρ' ἐκείνων γενόμενοι, ἅμα καὶ οὐκαθεῖ ἀναστρέφειν· ἀρπαγῆσαι δὲ πως ἐκ μέσου τούτων μόνον Μαλχιῶνα, καὶ οὐδαμοῦ φαίνεσθαι· αἰφνης δὲ πάλιν ἀναφανῆσαι, τὴν Ἰσην ἔδην τοῖς ἀδελφοῖς διούοντα, καὶ μετὰ βραχὺ μεταλλάξαι τὸ ζῆν, ἔτι μὲν ἐν νεῇ τῇ ἡλικίᾳ, οὐ μέντοι παραπολὺ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ γηρασάντων κατὰ τὸ τῆς ἀρετῆς θεωρίῃς ἐνδεᾶ. Τηνικαῦτα δὲ καὶ Ἀμμωνίος ἐγνωρίζετο, ἀμφὶ δέκα στάδια διεστῶς τούτων. Περὶ δὲ κώμην Γάζῃ ὑποκειμένην, Καφαρχονθρὰν ὄνομα, τὰς οἰκήσεις εἶχεν, ἧς καὶ θέριμμα ἐτύγχανεν· ἀνὴρ εἰς ἀκρίθειαν καὶ ἀνδρίαν μοναστικῆς πολιτείας διαγεγνημένος. Ναὶ μὴν ἀλλὰ καὶ Σιλβανὸς τηνικαῦτα οἶμαι, τῷ ζῆν περιτῆν, Παλαιστίνης ὀρμώμενος· ἐν λόγῳ ὑπ' ἀγγέλων ὑπηρετεῖσθαι γέρας λαθεῖν. Ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ τὰ πρῶτα φιλοσοφῆσας, ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸ Σίναιον ὄρος μετέβαινεν. Ἐς ὕστερον δ' ἐν τῷ χειμάρρῳ Γεράρων μεγίστην τε καὶ καλλίστην καλίαν ἐπίσημον ἀγαθῶν ἀνδρῶν μάνδραν ἐπέζητο, ἧς μετ' αὐτὸν ὁ θαυμάσιος ἀφηγήταο Ζαχαρίας.

ΚΕΦΑΛ. ΜΨ.

Περὶ τῶν ἐν Συρίᾳ καὶ Ἐδέσση μοναχῶν, Ἐφροῖμ καὶ Ἀφραάτου καὶ Ἰουλιανοῦ, Βάριου τε καὶ Εὐλογίου, ἐν μοναστηρίοις τὴν ἐπισκοπὴν ἐσχηκότων.

Ἐκ δὲ τῆς Αἰγύπτου καὶ Παλαιστίνης ἐπὶ τοὺς κατὰ Συρίαν καὶ τὴν ἑσπορὸν Περσίδα διαλάμψαντας μετετέον· οἱ δὲ πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ διαμιλλώμενοι μάλιστα, εἰς πλῆθος ἅμα καὶ μέγεθος ἐπέδωκαν ἀρετῆς. Ἀμέλει ἀμφὶ μὲν Νισίβιν περὶ τὸ Σιγῶρον ὄρος καλούμενον, ἐπίσημον βίον εἶχον Βαρθαῖος καὶ Εὐσέβιος, καὶ Βαρῆης, καὶ Ἀλλὰς· καὶ Ἀββῶς, καὶ Ἀδάλωος, καὶ Ζήνων, καὶ Ἠλιόδωρος, καὶ Ἀλέξαρρος, ὅς καὶ ἐπίσκοπος ἐγενόνη· οὗς δὲ καὶ Βοσκούς κατιωνόμαζον, οὐ πάνυ πρόβῳ καινῆς φιλοσοφίας κατάρξαντας· οὕτω δ' ἐκάλοον σφᾶς, ὅτι περ οὗτ' οἰκίαι παρ' αὐτοῖς ἦσαν· ἀλλ' οὐδὲ ἀρτου ἢ οἴνου ἢ ὄψου τινὸς ἀπεγεύοντο· ἀλλ' ἀεὶ τοῖς ὄρεσι διατρίβοντες, κατὰ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας νόμους, εὐχαῖς

καὶ ὄμνους τὸ θεῖον ἐγέρριρον· καὶ ἡνίκα καιρὸς αὐτοῦ καλοῖη τροφῆς, ἄρπην ἕκαστος· ἀνά χεῖρας ἔχων, καθάπερ νομὴν διφῶντες· περιείσι· καὶ τὰς προσφύρους περιετιγόντες τῶν βοτανῶν ἐσιτίζοντο. Καὶ τοῖς μὲν οὕτω καινῆ τις ἐνεοχμῶθη φιλοσοφία. Περὶ δὲ Κάρβου ἐπιλοσόφει Εὐσέβιος, ἔκουσα καθείρξει· ἐαυτὸν ἀπρῆστον ἐπισχῶν. Ναὶ μὴν καὶ Πρωτογένης ἔμετὰ Βίτον τῆς αὐτόθι παροικίας ἐπιτροπεύσας· Βίτον ἔκρινον τὸν ἀοδίσιμον ἀσκητὴν, ὃν φασὶ τὸν ἐν βασιλεῦσιν ἀπόστολον Κωνσταντῖνον πρῶτον ἰδόντα, δι-ισχυρίζεσθαι· πάλαι κολλᾶς τὸ θεῖον δι' ἐπιφανείας αὐτὸν ὑποδείξει· καὶ παρεγγυήσασθαι ὅτι ἂν εἰσηγοίτο, ἀμέσως πειθαρχεῖν αἰρεῖσθαι. Βαθθαῖος δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἤλασεν ἀσιτίας, ὡς καὶ σκώληκας ἐκ τῶν ὀδόντων ἔρπειν. Ἄλλαν δὲ ἐπὶ ἑβδομήκοντα ἔτη ἄρτον τὸ παράπαν μὴ γεύσασθαι. Ἡλιόδωρος δὲ τὸ ἐγκρατὲς ἦν, ὡς ἀβήνους τὰς πολλὰς τῶν νυκτῶν διακαρτερεῖν, καὶ τὴν νηστείαν ἐν ἑβδομάσι κλείσσει· ἐπισυνάπτειν. Ἡκμάζει δ' ἐν Φαδανᾷ τη-νικαῦτα καὶ Ἀλώνης ἐκείνος. Τόπος δ' ἐστὶ τὸ Φαδανᾶ, ἔθα Ἰακώβ, ὁ τῷ Ἰσαάκ γεννηθεὶς, ἐκ Παλαιστίνης ἦκων εἰς γάμον ὠμίλει παρθένῳ οὐσῇ τῇ γυναικί· πρῶτός τε τὸν λίθον τοῦ ἐνθάδε φρέατος ἐκκυλίσας, τὴν ποίμνην ἐπότιζε. Τὸν δ' Ἀλώνην τοῦτον λόγος ἔχει πρῶτον παρὰ Σύροις καταρξεί τῆς ἐνθάδε πρὸς ἀκριβείαν φιλοσοφίας· ὡσπερ δὴ τὰ παρ' Αἰγυπτίους, τὸν πολλὸν καὶ μέγαν Ἀντωνίων. Συνῆσαν δὲ τούτῳ καὶ Γαδδανᾷ· τε καὶ Ἀζίζος, πρὸς τὴν Ἰσην ἀρετὴν ἀμιλλώμενοι. Πολλοὶ δὲ καὶ ἀπὸ τῆν ἐκ γειτόνων Ἔδεσαν καὶ τὰ περίξ ταύτης ἐπίσημοι ἀνδρες ἦνθησαν· ὧν οἱ εὐδοκιμώτατοι Ἰουλιανός τε ἦν, καὶ ὁ περιόδοτος ἐν Σύροις Ἐφραῖμ· ὃς καὶ πολλὰ βιβλία τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ καταλέλοιπε· περὶ ὧν ἀκριβέστερον ἐν τῇ Κωνσταντινίου βασιλείᾳ διέλαβον. Πρὸς δὲ τούτοις Βάρσης τε καὶ Εὐδόγιος ἦσαν, οἱ μετὰ τὸν πολλὸν τῆς ἀσκήσεως ἄλλοι, ἐς ὕστερον καὶ ἐπισκόπων ἔμψω ἐγένοντο, οὐ τινοὺς πόλεως, τιμῆς δὲ χάριν, ἐν τοῖς ἰδίοις μοναστηρίοις, τὴν τῆς ἐπισκοπῆς κληρωτάμενοι χειροτονίαν, ἀμοιβὴν ὡς ἂν τις φαίη τῆς κατὰ θεὸν ἀκριβεστάτης φιλοσοφίας τὴν τοσαύτην εὐληφότες ἄξιαν· καθὲρ δὲ καὶ Λάζαρος ὁ πρὸ βραχέος μετὰ τὸν ὄσιον Ἡλιόδωρον ἐν μεγάρῳ γεγονημένος ἡμῖν.

Instituto eos accepisse dicat. Sicuti et Lazarus, de quo paulo ante, post sanctum Heliodorum, men-

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Περὶ τῶν ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίας καὶ Ἀντιοχείᾳ μοναχῶν· ἐστὶ δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν Ἀλατῖᾳ, Καππαδοκίᾳ τε καὶ Βιθυνίᾳ καὶ περὶ τῶν Ἐδέσεων πόρτων φιλοσοφησάντων ἀνδρῶν· καὶ δ' αἰτία δι' ἣν οἱ πάλαι ἀσκηταὶ μακροβιώτατοι διετέγοντο.

Ἡ δὲ γε Κοίλη Συρία καὶ ἡ ὑπὲρ ταύτην, τῆς Ἀντιόχου μόνης ἐκτός, ὅψε καὶ βράδιον τὸν Χριστιανισμὸν παρεδέξατο. Πλὴν οὐδὲ αὕτη ἀμοιρος ἐκκλησιαστικῶν φιλοσόφων ἐγένετο· οἱ καὶ μᾶλλον ἀνδρείως τε εἶχον, ὅτι γε καὶ μῖσος οὐ μέτριον μετ' ἐπιβουλῆς πρὸς τῶν ἐνοικοῦντων Ἑλληνιστῶν αὐτοῖς

(1) Octoginta. Sozom.

de ecclesiarum more, precibus atque hymnis Deum volentes celebrarent. Et cum tempus cibi capiendi esset, pro se quisque falcem in manibus habens, et veluti pabulum inquirens circuitabat, et herbas commodas nactus, eis vescabatur. **193** Atque ad hunc quidem isti modum novam agendæ vitæ philosophiam instituerunt. Apud Carras autem philosophatus est Eusebius, qui voluntario carcere seipsum, ut adiri non posset, cohibuit. Item Protogenes, qui post Vitum paræciam illam regebat: Vitum, inquam, inclytum illum monachum, quem ferunt cum primum inter imperatores apostolum Constantinum vidisset, sancte affirmasse, eum sibi dudum sæpenumero a Deo per apparitionem ostensum esse; proindeque sædulo cohortatum esse, ut quod suggestisset atque jussisset, citra exceptionem omnem obsequenter faceret. Porro Bathæus usque adeo a cibo sumendo abstinuit, ut vermes etiam ex dentibus ejus prorperent: Hallelas septuaginta (1) totis annis panem prorsus non attigit. Heliodoro tanta fuit temperantia, ut noctes plures pervigilaret, et jejunium hebdomadibus totis continuaret. Floruit tum etiam in Phadana (quo loco Jacob Isaaci filius ex Palæstina veniens, uxorem suam virginem in matrimonium duxit, primumque ibi revoluto a puteo lapide gregeam ejus potavit) Aonas ille, quem fama est primum ibi apud Syros accuratum hoc philosophiæ genus colere cœpisse: quemadmodum id apud Ægyptios magus fecit Antonius. Cum eo fuerit et Gaddanas, et Azizus, in ejusdem virtutis laude concertantes. Multi vero et apud vicinam Edessam, et circum ea loca celebres florere viri: inter quos clarissimi fuere, Julianus, atque apud Syros decantatus Ephraim, a quo multi libri Ecclesiæ sunt editi: de quibus certius in Constantii imperio commemoravi. Existere præterea Barses et Eulogius, qui ambo post longum monastici exercitii certamen episcopi (2) sunt facti, non in urbe aliqua, sed honoris gratia in monasteriis suis episcopalem consecuti consecrationem; ita ut recte aliquis dignitatem eam tanquam præmium seu remunerationem pro exactissimo philosophandi

D

194 CAPUT XLI.

De Cœlesyria et Antiochiæ monachis. Item de monachis qui in Galatia, Cappadocia, Bithynia, et ad Pontum Euzinum philosophati sunt, et causa, cur veteres monachi longævi fuerint.

Cœlesyria autem, et quæ supra eam est regio, sola Antiochia excepta, serius quidem Christianismum susceperit, non tamen ecclesiasticis philosophis caruere. Qui eo fortius ut viri egregii se gesserunt, quo majus in eo incolarum Græcæ superstitionis studiosorum, atque illis insiduan-

(2) Supra eod. cap. 25.

tium, flagravat odium : non illos quidem vindicta utentes, sed magno animo illatas injurias et plagas excipientes. Qualis Valentinus ille fuit, quem alii Emesenum, alii Arethusium genere fuisse tradiderunt. Et alter ei cognominis monachus, et Theodorus, qui ambo a Titus vico praefecturae Apameae oriundi fuere. Item Marosas Nechelis ortus, Bassus, Bassones, et Paulus, cui patria fuit Telmisus (1). Hic cum multis in locis multa monachorum caenobia instituisset, et praeclare plures ad philosophiam hanc consecrandam cohortatus fuisset, postmodum in regione cui nomen est Jugatum, insigne et splendidum monachorum construxit domicilium, atque ibi vitam in senectute multa finivit. Monstratur eo loco adhuc, quod omnibus notum est, sepulcrum ejus. Omnes vero prope quos recensuimus monachi, longaevi fuere : id quod dispositione et providentia Dei mihi factum esse videtur, videlicet ut tam diuturno et exacto vitae instituto incrementum religio caperet : quod non Syros tantum, sed et Persas atque Sarracenos plurimos ad fidem nostram pertraxit, et Graecae superstitionis sectatores plerique ut cultum suum abnegarent, effecit. Ex quibus omnibus plurimi persuasi sunt, ut philosophiam monasticam summo opere colerent, et ad eorum quos modo diximus, exemplum monachorum sodalitatibus praerent. Facilis autem conjectura est, hoc genus philosophiae (2) initio inde sumpto, ad Galatas usque et Cappodoces, finitimosque eis populos, item ad Euxinum Pontum, Bithyniam, et Hellespontum pervenisse, qui sane antiquitus doctrinam Christianam flagrantibus animis complectentes, permultos divinae hujus philosophiae habuere sectatores. Quorum plures in communibus domiciliis per urbes et vicos habitaverunt, vel quod nondum traditionibus et exemplis eorum qui dicti sunt, assuevissent, **195** vel quod propter hiemis asperitatem regiones illae, et maxime Pontus, Cappadocia, et Galatia, natura frigidissimae sint, proindeque non facile plurimi in solis ibi locis degere possent. Verumtamen non omnino montes earum ab ejusmodi philosophis vacui fuere. Tempore namque procedente, vehementi atque ardenti rerum divinarum studio frigus etiam cessit. Atque in eis partibus cum multi alii praeclare vixere, quemadmodum alibi a me dictum est ; tum post Eustathium et Basilium magnum, praeter ceteros celebres maxime fuere, Leontius ille (3), cui deinde Ancyranus commissus est episcopatus : et Prapadius, qui quantumvis senex, admodum multas pro episcopo rexerat urbes (4). Praefuit vero nobilissimae etiam illi hospitali domui, cui cognomen est Basilias : nam a Basilio magno Caesariensi episcopo constructum pauperum domicilium, cum nomen ejus obtinet, tum ad tempora multa perdurat. An-

(1) Sozom. Telmissum vicum esse dicit.

(2) Sozom. ad aetatem usque suam et Theodosii Junioris imperium nonnullos ex hisce monachis cu-

την, κριστα μὲν ἀμύνη χρωμένους, εὐψύχως δὲ τὰς ἐπιφερομένας ὕβρεις τε καὶ πληγὰς δεχομένους. Οὗτος Οὐαλεντίνος, ἐκεῖνος ἦν, ὃν οἱ μὲν Ἐμισσηνόν, οἱ δ' Ἀρεθούσιον τὸ γένος εἶναι ἔλεγον· καὶ τὸν ἔτερον, αὐτῷ δὲ ὁμώνυμον· καὶ Θεόδωρον· οἱ καὶ ἀμφὶ ἀπὸ Τιτῶν τοῦ Ἀπαμείων ὠρμώντο νομοῦ· καὶ Μαρώταν τὸν ἐκ Νεγείλων· καὶ Βάσσον, καὶ Βασσώνην, καὶ Παῦλον, ᾧ πατὴρ Τελμισὸς ἦν. Οὗτος δὲ πολλὰς συνοικίας μοναχῶν κατὰ διαφόρους τόπους συστησάμενος, καὶ καλῶς ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν προτρέψας, ὕστερον τὴν ἐς τὸ Ἰεουγάτον οὕτω καλούμενον χωρίον λαμπρὰν καὶ περιφανῆ συνοικίαν καταστήσάμενος, μοναχῶν, ἐκεῖσε δὴ καὶ τὸν βίον ἀπέλειπεν εἰς βαθὺ γῆρας ἐλάσας. Δείκνυται δὲ καὶ ὁ τάφος ἐκείνου εἰσέτι πᾶσι κατὰδῆλος. Σχεδὸν δὲ καὶ ὅσους τῶν μοναχῶν διήλθομεν, μακρόβιοι πάντες ἐγένοντο. Καί μοι δοκεῖ τὸ οὕτως ἐπιπολὺ διαγενέσθαι τοῦ χρόνου οἰκονομησῆαι τὸ θεῖον, ὡς ἂν ἡ θρησκεία εἰς ἐπίδοσιν προχωρήσοι. Τῇ γὰρ τοσαύτῃ ἀκριβεῖ ἐπὶ μακρὸν πολιτείᾳ οὐ Σύρους μόνον, ἀλλὰ καὶ Περσῶν καὶ Σαρακηνῶν τοὺς πλείστους πρὸς τὴν σφετέρην πίστιν καθελικύσαν· καὶ Ἑλλήνας ὅτι πλείστους ἀρνήσασθαι τὸ οἰκείον παρεσκεύασαν σέβας. Καὶ ἐκ τούτων πάντων πλείστους μοναδικῆς φιλοσοφίας εἰς ἄκρον ἐλθεῖν ἐπεισαν, καὶ στίφους μοναχῶν ἐπίσης αὐτοῖς καθηγῆσασθαι. Ἔνεστι δὲ συμβᾶλλειν, ὡς ἐκεῖθεν ἡ τοιαύτη ἀρξαμένη φιλοσοφία καὶ μέχρι Γαλατῶν καὶ Καππαδοκῶν καὶ τῶν ὁμόρων αὐτοῖς, καὶ περὶ τὸν Εὐξείνιον πόντον καὶ Βιθυνίαν καὶ Ἑλλησποντον ἐφθάνεν· οἱ δὲ ἐκ παλαιοῦ τὸ δόγμα θερμῶς πρεσβεύοντες, πολλοὺς τοὺς κατὰ θεὸν φιλοσοφήσαντας ἔσχον· ὧν οἱ πλείους, κατὰ συνοικίας ἐν πόλεσι καὶ κώμαις ἴκονον, ἀμὰ μὲν τὸ μήπω παραδῶσει ἢ τύποις δὴ τισιν εἰδισμένους τῶν πρώτων εἶναι· ἴσως δὲ καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ χειμῶνος χαλεπότητος, φύσει ψυχροτάτων ὄντων τῶν τῆδε χώρων, καὶ μάλιστα τῶν ἀνὰ τὸν Πόντον Καππαδοκῶν τε καὶ Γαλατῶν, οὐκ εὐχερὲς ἦν ἀνὰ τὴν ἔρημον διατρίβειν τοὺς πλείστους. Ὡς ἐπίπαν γὰρ οὐδὲ ἀμοιβὰ ἦσαν τὰ ὄρη τῶν τοιοῦτων φιλοσόφων. Προϊόντι γὰρ τῷ χρόνῳ τῇ σφοδρᾷ περὶ τὸ θεῖον καὶ ὑερμῇ σπουδῇ ἐν δευτέρῳ τὰ τοῦ ψύχους ἦσαν. Τοῖς δ' ἐκεῖσε μέρεσι πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι δοκιμῶς ἐβίωσαν, ὡς περ μοι καὶ ἀλλαχοῦ εἰρηται· μετὰ δὲ τοὺς περὶ Εὐστάθιον καὶ τὸν πολὺν καὶ μέγαν Βασίλειον δοκιμώτατοι τῶν ἄλλων ἐγένοντο Λεόντιος ἐκεῖνος· ᾧ ἐς ὕστερον ἡ τῶν Ἀγκυρανῶν ἐπιτρέπη ἐπισκοπὴ· καὶ Πραπίδιος, ὃς καίπερ γηραιὸς μάλα γενόμενος, πολλὰς ἐπεσκόπει πόλεις. Προέστη δὲ καὶ τοῦ ἐπισηματίτου πτωχείου, ᾧ Βασιλείας ἐπώνυμον ἦν· Βασιλείῳ γὰρ τῷ πάνυ Καισαρείας ἐπισκόπῳ κατασκευασθέν, καὶ τὴν ἐκείνου ἐκληρώσατο κλησιν, ἐς πάνυ πόρρω περιγενόμενον. Ἐν μέντοι τῇ Ἀντιόχῳ πολλοὶ καὶ ἄλλοι διέλαμπον· ἐν οἷς μετὰ Ἰουλιανὸν καὶ Ἀφρατίην ἐκεῖνον Μαριανὸς τε καὶ Εὐσέβιος ἦσαν, Παλλάδιος τε καὶ Συμεώνης καὶ Ἀθραξίης, καὶ ἄλλοι

rasse scribit. lib. vi, cap. 34.

(3) Sozom. habet Leo.

(4) Soz. vicos.

πρὸς τοῦτοις, οἱ ἀκήρατον τὸ κατ' εἰκόνα διέσωζον. Ἐν δὲ τῷ παρακειμένῳ ὄρει τῆ πόλει, ὃ πολλοῖς λειμῶσιν ὠράιτο, Πέτρος ὁ Γαλάτης διέπρεπε, καὶ ὁ τοῦτω ὁμώνυμος, ὁ Αἰγύπτιος· Ῥωμαῖός τε, καὶ Σεῦρος καὶ Ζήνων, καὶ Μωσῆς, καὶ Μάχος. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τρινηκαῦτα ἦσαν τὰς τῆς μοναχικῆς φιλοσοφίας ἀφιέντες μαρμαρυγᾶς· ἐν μὲν τῇ Χαλκιδικῶν ἐρήμῳ Ἄβιτος καὶ Μαρκιανὸς καὶ Ἀβρζάμης, καὶ πολὺ τι ἄλλο πλῆθος οὐκ εὐαριθμητόν, σώματι παθητῶ τὴν ἀπικθῆ ζωὴν ματερχόμενοι· Ἐν γὰρ μὴν τῇ Ἀπαμείων Ἀγαπητὸς καὶ Συμεώνης καὶ Παῦλος. Πούπλιος δ' ἐν Ζευγματέων ἐφιλοσόφει· ἐν δὲ τῇ Κυρυστῶν Ἀεψιμᾶς ὁ πανεύφημος· ὃς οἰκίσκῳ βραχυτάτῳ καθείρκετο, ἐν ᾧ ἐξηκοντούτῳ χρόνον ὀσείως ἐθήνυτεν, οὔτε εἰς λόγους ἤκων τινί. Ἦν δὲ τῷ τότε καὶ Ζευγματίος ὁ πολὺς, ὃς τὴν ὄψιν ἀφηρημένος, οὐ καλύβην ὄκει, ἀλλὰ περιήει κύκλῳ τὸ ἀκραιφνὲς τῆς πίστεως καταγγέλλων. Ὡν δὲ τὴν πολιτείαν ἄριστα κατὰ μέρος ἐκάστου Θεοδώρητος ὁ Κύρου ἐν τῇ φιλοθέῳ ἱστορίᾳ συνέγραψεν. Τούτων δὲ πάντων κοινὴ πολιτεία, ὡς εἰπὶν, ἦν, τῆς μὲν ψυχῆς ὅτι πλείστον ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ταύτην πρὸς ἀπαλλαγὴν τῶν ἐνθέου ἐθέλειν· τὸν δὲ γὰρ πολὺν αὐτοῖς χρόνον εὐχῆ τε καὶ νηστείας καὶ ὕμνων τῷ Θεῷ προσήκουσι διατρέθειν· σώματος δὲ παντάπασιν ἀμελεῖν, καὶ τῆς ἐπὶ τοῦτω ῥασιώνης τε καὶ ἐπιμελείας· χρημάτων δὲ καὶ τῆς περὶ τὰ πράγματα ἀσχολίας πάμπαν ἀπεξενῶσθαι, καὶ πρὸς τὴν κατ' ἀγγέλου βιοτὴν ἀμειλλᾶσθαι.

curam gererent, eamque a rebus et studiis hujus vitæ per desuetudinem abalienarent, et longioris vite sue tempus in precationibus, jejuniis hujusque, et Deum decentibus laudibus consumerent: corpus autem deliciarumque ejus et voluptatis studium negligerent, nec non pecuniam et negotiorum occupationes omnino a se repellerent, et ad vitam angelicam imitatione contenderent.

ΚΕΦΑΛ. ΜΒ΄.

Περὶ Εὐαγρίου τοῦ φιλοσόφου, καὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ἀγωγῆς αὐτοῦ.

Μετὰ γὰρ μὴν τὸν Σύρον Ἐφραῖμ ἐπισημοτάτω ἐγενέσθη καὶ τὴν κατ' ἄμψω φιλοσοφίαν Δίδυμος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, καὶ Εὐάγριος ὁ Αἰγύπτιος. Ἀλλὰ περὶ μὲν Διδύμου, τίς τε ἦν, καὶ ὅσα συγγράμματα καταλέλοιπεν, ἐν τῇ ἐνάτῃ μοι διεληγεται τῶν ἱστορικῶν· περὶ δὲ Εὐαγρίου βραχέα διεξελθεῖν δίκαιον, εἰ καὶ ἄμφω περὶ τὸ ὑγιὲς τῆς πίστεως δόγμα χωλαίνοντες ἦσαν, καίπερ πλείστα λόγων βέλη κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἀφιέντες ἐχθρῶν. Οὗτος ἐξ Ἰβήρων εἶχε τὸ γένος, οἱ περὶ τὸν Εὐξείνου οἰκοῦσι πόντον. Σοφὸς δὲ λίαν καὶ ἐλλόγιμος ὁ ἀνὴρ ἐγεγόνει· καὶ λεπτὸς μὲν νοῆσαι, φράσαι δὲ τὸ νοηθὲν καὶ λίαν δεινός. Διάκρισιν γὰρ μὴν εἶχεν εὐχερῶς συλλαβεῖν, ὅσοι τῶν λογισμῶν ἢ πρὸς ἀρετὴν, ἢ πρὸς κακίαν ἐώρων· ὑποθέσθαι δ' ἱκανὸς πῶς χρεῶν τοὺς μὲν ἐπιτηδεύειν, τοὺς δ' αὖ φυλάσσειν. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἐνοῦσαν αὐτῷ τοῦ λόγου χάριν αἱ γραφαὶ παραστήσουσιν ἄς καταλέλοιπεν· τὸ δὲ ἦθος μέτριος ἦν. Τύφου δὲ καὶ ὑπεροφίας οὐδαμῶς αὐτῷ τι προσῆν.

(1) Theodor. lib. iv, cap. 28.

(2) Sed et Christianæ jam inde ab initio idem qui monasticæ vitæ finis est: carnis mortificatio, et spiritus renovatio. Atque ille demum vere Christia-

tiocixæ multi alii enituerunt monachi, in quibus secundum Julianum et Aphraatem illum, Marianus fuit et Eusebius, Palladius et Symeones, Abrahames et alii insuper, qui integrum atque immortale, id quod ad imaginem Dei conditum est, conseruarunt (1). In monte eo pratis multis perquam amæno, qui urbi adjacet, Petrus Galata enituit, et cognominis huic Ægyptius. Præterea Romanus, et Severus, et Zeno, et Moses, et Malchus, alique multi eo tempore monastica ibi philosophia splendidi et illustres fuerunt. In solitudine Chalcidix, Abitus, et Marcianus, et Abrahames, et quamplurimi alii, non facile sub numerum cadentes (2) corpore perpeccionibus obnoxio, vitam affectionibus vacuam, excoluerunt. Item in Apameensium eremo Agapetus et Symeones, et Paulus. In Zeugmatensium autem solis locis Publius et Paulus philosophati sunt. Item in solitudine urbis Cyri, Accepimas ille decantatissimus, qui in tuguriolo exiguo inclusus sexaginta annos sancte ita peregit, ut neque conspiceret, neque alloqueretur quemquam. Fuit tum quoque magnus ille Zeugmatius, qui oculis captus, non in casam aliquam se abdidit, sed loca pleraque circumiens, sinceram fidei professionem annuntiavit. Quorum vitam sigillatim omnium pulcherrime Theodoretus Cyri episcopus, in Dei amantium historia conscripsit. 196 Porro omnium istorum commune, ut ita dicam, consilium et institutum erat, ut quam maximam animæ

C

CAPUT XLII.

De Evagrio philosopho, et vita institutisque ejus.

Post Ephraim Syrum, celeberrimi in utraque philosophia fuerunt Didymus Alexandrinus, et Evagrius monachus Ægyptiacus. Cæterum de Didymo qui fuerit, et quæ scripta post se reliquerit, in nono historix libro a me est dictum. De Evagrio autem æquum visum est hic pauca dicere: quamvis ambo isti in sana fidei doctrina claudicarent, utrumque plurima scriptorum suorum tela in veritatis hostes sint jaculati. Evagrius ex Iberibus, qui circa Euxinum Pontum colunt, genus duxit. vir sapiens et clarus admodum, inveniendone subtilis et ingeniosus, et in eloquendo quod invenisset, gravis et acer. Perfacile etiam, quænam cogitationes vel ad virtutem, vel ad vitia spectarent, dijudicavit, nec minus idoneus ad subjiciendum et docendum, ut illæ quidem excolendæ, hæ autem cavendæ essent, fuit. Porro eam quæ in oratione ejus inest gratiam, scripta quæ eisdem indicabunt (3). Morum quoque singulari moderatione nus est, qui ad veterem monachatum quamproxime accedit.

(5) Sazon. lib. vi, cap. 50.

fuit, a fastu et superbia maxime alienus. Et sicuti A
justarum laudum præconis minime est ad arrogan-
tiam sublatus, ita etiam conviciis injustis haud-
quaquam ad indignationem commotus. Sacras Lit-
teras sub Gregorio Theologo optime addidicit :
nam ejus quoque fuit archidiaconus, cum ille Con-
stantinopolitanæ præesset ecclesiæ. Quod autem
natura vultu esset venusto, et præterea vestitu
eleganti uteretur, **197** ex magistratibus quidam
zelotypia erga uxorem laborans, cum eum illi in-
notuisse cognovisset, clam ei cædem moliebatur.
Et ad rem consilium id collatum fuisset, nisi ea
ipsa nocte Deus horrendam quidem, sed salutarem
visionem Evagrio dormienti exhibuisset. Videre
namque sibi visus est capitalis criminis causa se
captum, atque in carcere manus pedesque ferreis
catenis vinctum esse. Cum autem jam ad tribunal
judicis sisti, et pœnas dare deberet, accessisse
quendam, qui sacrum Evangeliorum codicem ei
ostenderit, et tam gravibus vinculis eum libera-
turum promiserit, si quamprimum ex urbe disce-
deret, et facturum se id esse jurisjurandi sacra-
mento confirmaret : seque imposita libro dextra ad
eum modum jurasse, simulque et compedibus sol-
utum esse, et e somno evigilasse. Ita ille divina
visione persuasus, vigilando sibi structum atque
creatum periculum effugit. Atque ubi in animo
constituisset, decere se monasticam consecrari
vitam, Constantinopoli Hierosolyma venit. Inde in
Ægyptum (1), ad visendos, qui in Secti philoso-
phabantur, monachos profectus, ad montem Ni-
triam, monasticam sibi construxit casam, et ibi
cum duobus Macariis, Ægyptio et Alexandrino,
qui alios antecellebant, fuit : quorum cum æmula-
retur vitam, factis quoque ipsis philosophiam
monasticam est consecutus. Deinde etiam (2) sub
Theodosii Junioris imperio, cum eo quem dixi-
mus Ammonio, est versatus. Prodigia autem eadem
quæ præceptores ejus edidit. Libri ab eo plurimi
et maxime necessarij compositi sunt, inter quos
quidam *Monachus*, sive de practice et operatrice
virtute inscriptus est : quidam *Γνωστικός*, hoc est,
Cognitor, sive de eo qui cognitionem est consecu-
tus. Illic in quinquaginta capita est divisus. Scrip-
sit etiam librum alium, qui consutationem seu
invectivam continet adversus tentatores da-mones.
Id opus in octo divisit sectiones, juxta octo deli-
berationum seu cogitationum numerum. Item pro-
blemata prognostica sexingenta. Et præterea στι-
χηρά, hoc est, versuum duos libros, reliquit :
alterum ad eos qui in cænobiis aut in conventibus
sunt, monachos : alterum autem ad eas quæ vir-
ginitatem colunt, sanctimonialias. Omnia vero scripta
ad persuadendum præarsus accommodata. Et quæ ea
leget, qualis is vir fuerit, cognoscet. **198** Pero-
pus autem esse puto, breviter quædam ex ejus operibus
in historiam hanc inserere (3), atque in
primis quæ de monachis commemorat, hisce propemodum verbis

(1) Cum ipso Gregorio Nazianzeno eum Ægyptum
petiisse, scribit Socr. lib. iv, cap. 25.

Ουτε γάρ εις ἔγκον ἤρτο τοῖς ἐκ τῶν δικαίων ἐπαί-
νων κρότοις, καὶ πρὸς τὰς ἀδίκους τῶν λοιθῶν
ἤκιστα ἤσχαλλεν. Τοὺς γε μὴν ἱεροὺς τῶν λόγων
ἀριστα ὑπὸ Γρηγορίου τῷ Θεολόγῳ πεπαίδευτο· ἐγένε-
το δὲ αὐτῷ καὶ ἀρχιδιάκονος, ὁμηνίκα τῆς ἐν
Κωνσταντινουπόλεϊ ἐκκλησίας τὴν ἐπιτροπὴν εἶχεν.
Ἐπεὶ δ' ἀπὸ φύσεως ἀστειὸς μάλιστὰ τὴν ὄψιν ἦν, φι-
λόκαλός τε τὴν ἀναβολὴν, τῶν τις ἐν τέλει ζηλοτύπος
μάλιστὰ περὶ τὴν γαμετὴν ἔχων, μαθῶν γνώριμον
αὐτῇ καθεστάναι, θάνατον αὐτῷ κρύφα ἐμηχανᾶτο.
Καὶ εἰς ἔργον ἂν προείβαινε τὸ δεῖνόν, εἰ μὴ κατ'
ἐκείνην τὴν νύκτα φοβερὰν τινα καὶ σωτήριον ὄψιν
κατέπεμπε τὸ θεῖον καθεύδοντι· ἐδόκει γὰρ ὡς ἐπ'
ἐγκλήματι συλληφθεὶς, δεσμώτης ἐκ σιδήρων χειρᾶς
καὶ πόδας ἦν. Ἡδὲ δὲ μέλλων δικαστηρίῳ περιστα-
σθαι καὶ διδόναι τὴν δίκην, προσίων τις τὴν ἱερὰν
τῶν Εὐαγγελίων πυκτὴν ὑπεδείκνυ, καὶ τῶν κατε-
χόντων ἀπαλλάττειν ὑπισχνοῦτο δεσμῶν, εἰ ὅστιον
ἀναχωρήσοι τῆς πόλεως, καὶ τῷ πιστῷ τῆς πράξεως
ὄρκον εἰς βαβαίωσιν προσαπῆται. Ὁ δ' ἐπιθεὶς τῇ
βίβλῳ τὴν δεξιάν, ἥ μὴν ὧδε πράξειν ἐπώμνυτο· καὶ
αὐτίκα τῆς πέδης λυθεὶς, καὶ τοῦ ὕπνου ἀνέστο· καὶ
τὸν ὑπάρ τυρευόμενον διέφυγε κίνδυνον, τῇ θεῇ
ὁμφῇ πεισθεὶς. Καὶ προσήκειν αὐτῷ τὸν ἀσκητικὸν
μετελθεῖν βίον ἐν νῷ θέμενος, ἐκ τῆς Κωνσταντινέου
εἰς Ἱεροσόλυμα παρεγένετο· ἔπειτ' ἐκεῖθεν κατὰ
Ὁσάν τῶν ἐν Σκῆτι φιλοσόφων εἰς Αἴγυπτον ἤκε·
καὶ περὶ τὸ τῆς Νιτρίας ὄρους τὴν ἀσκητικὴν καλύ-
θην ἐπήδατο. Τοῖς ἐν Σκῆτι δὲ διαφέρουσι δυοὶ Μα-
καρίου, τῷ Αἴγυπτίῳ καὶ τῷ Ἀλεξανδρεῖ, συνεγι-
νετο· καὶ τὸν ἐκείνων βίον ζηλώσας, καὶ τὴν δι'
ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο. Ἐπειτα τῷ προσιρ-
μένῳ Ἀμμωνίῳ ἐπὶ τῆς ἐχομένης βασιλείας συνῆν.
Τούτων δὲ τεραστίων αὐτουργῶν ἐγεγονέει, ὅσων
δὴλαδὴ καὶ οἱ παιδευταί. Ἐσπουδάσθη δὲ αὐτῷ καὶ
βιβλία πλείεστα καὶ ἀναγκασιότατα· ὧν τὸ μὲν *Μο-
ναχὸς* ἢ περὶ πρακτικῆς τὴν ἐπιγραφὴν ἔχει· τὸ δὲ,
Γνωστικός, ἢ περὶ τοῦ καταξιοθέντος γνώσεως.
Ἐν κεφαλαίοις δὲ οὗτος πενήτηκοντα τὴν διαίρεσιν
ἔχει. Καὶ ἄλλο δὲ βιβλίον συνεγράφη αὐτῷ, ὃ ἀντίβ-
ρήσιν ἔχει πρὸς τοὺς πειράζοντας δαίμονας. Οὐκὼ
δὲ διαιρεῖται τοῖς τμήμασι, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν
ὀκτῶ λογισμῶν. Καὶ προβλήματα δὲ καταλείπει
προγνωστικὰ ἑξακόσια, καὶ στιχηρά δύο· τὸ μὲν ἐν
πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίοις ἢ ἐν συνοδείαις ὄντας· τῶν
μοναχῶν· τὸ δ' ἕτερον πρὸς παρθενίαν ἀκούσας·
προσφωνεῖ. Θαυμάσια δὲ πάντα, καὶ νοήματα καὶ
φράσει μετῆ τὸ ἐπαγωγὸν ἐπαυχούντα. καὶ οἷος
γένονεν ὁ ἀνήρ, ὁ τοῦτοις ἐντυχῶν εἴσεται. Χρῆναι
δ' ἡγοῦμαι καὶ ἐκ τῶν ἐκείνου βραχέα τῇ συγγραφῇ
παραδοῦναι, καὶ μᾶλλον ἢ περὶ μοναχῶν διεξ ῥχε-
ται· ὧδε γὰρ κατὰ ῥῆμα φησίν.

(2) Ἐπὶ τῆς ἐχομένης βασιλείας.

(3) Socrat. cod. cap. 25.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ΄.

A

CAPUT XLIII.

Ὅσα δ' αὐτὸς Εὐάγγελιος ἐν τισὶ τῶν συγγραμμάτων περὶ τῶν τότε κατὰ ῥήμα διέξεισε μοναχῶν.

« Ἀναγκαῖον καὶ τὰς ὁδοὺς τῶν προοδευάντων μοναχῶν ὀρθῶς διερωτᾶν, καὶ πρὸς αὐτὰς κατορθοῦσθαι. Πολλὰ γάρ ἐστιν ὅπ' αὐτῶν ῥηθέντα τε καὶ πραχθέντα καλῶς· ἐν οἷς καὶ τοῦτό τις εἶπεν, ὅτι τὴν ξηροτέραν καὶ μὴ ἀνώμαλον διαίταν, ἀγάπη συζευχθεῖσαν, ὁπίτω ἀπάγειν τὸν μοναχὸν εἰς τὴν τῆς ἀπαθείας γιμένα. Ὁ δὲ αὐτὸς παρασόμενός τινα νύκτωρ τῶν ἀδελφῶν, τῶν φασμάτων ἀπῆλλαξεν, ἀσθενοῦσι μετὰ νηστείας ὑπηρετεῖσθαι προστάξας. Οὐδενὶ γὰρ οὕτως, ἐρωτηθεὶς εἶπεν, ὡς ἐλέψατο τοιαῦτα κατασβέννυται πάθη. Τῷ δικαίῳ Ἀντωνίῳ προσῆλθέ τις τῶν τότε σοφῶν· καὶ, Πῶς B διακαρτερεῖς, ὦ πάτερ, εἶπε, τῆς ἐκ τῶν βιβλίων παραμυθίας ἐστερημένος; Ὁ δ' Ἀντώνιος, τὸ ἐμὸν βιβλίον, ὦ φιλόσοφε, εἶπεν, ἢ φύσις τῶν γεγονότων ἐστίν· καὶ πάρεστιν, ὅτε βούλομαί, τοὺς λόγους ἀναγινώσκων τοὺς τοῦ Θεοῦ. Ἠρώτησέ με τὸ σκεῦός τῆς ἐκλογῆς; καὶ Αἰγύπτιο; γέροντος Μακάρου; Τί δὴ ποτε μνησικακούντες μὲν τοῖς ἀνθρώποις, τὴν μνημονευτικὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς ἀφανίζομεν· δαιμονοὶ δὲ μνησικακούντες, ἀβλαβεῖς διαμένομεν; Κίμου πρὸς τὴν ἀπόκρισιν ἀπορήσαντος καὶ παρακαλοῦντος τὴν λόγον μαθεῖν, Διότι, φησὶν ἐκεῖνος, τὸ μὲν πρότερον πάθος παρὰ φύσιν, τὸ δὲ δεύτερον κατὰ φύσιν ἐστὶ τοῦ θυμοῦ. Παρέβαλον κατ' αὐτὴν σταθερὰν μεσημβρίαν τῷ ἀγίῳ πατρὶ Μακαρίῳ· καὶ λίαν ὑπὸ τῆς δίψης φλεγόμενος, ἤτουν ὕδωρ πιεῖν· ὁ δὲ φησὶν, Ἀρκέσθητι τῇ σκιᾷ· πολλοὶ γὰρ ὁδοιποροῦντες νῦν καὶ ταῦτα ἐστερνέονται. Ἐἶτα λόγός μου πρὸς αὐτὸν περὶ ἐγκρατείας γυμνάζοντος, Θάρρει, φησὶν, ὦ τέκνον· ἐν ὄλοις εἰκοσὶν ἔτεσιν οὕτε ἄρτου, οὕτε ὕδατος, οὕτε ὕπνου κόρον εἴληφα. Τῶν μὲν γὰρ ἄρτον μου ἤσθιον σταθμῶ· τὸ δὲ ὕδωρ ἔπινον μέτρῳ· τοῖς τοίχοις δὲ ἐμαυτὸν παρακλίτων, μικρόν τι τοῦ ὕπνου μέρος ἀφήραζον. Ἐμηνύθη τινὶ τῶν μοναχῶν θάνατος τοῦ πατρὸς. Ὁ δὲ πρὸς τὸν ἀπαγγέλαντα, Παῦσαι, φησὶ, βλασφημῶν. Ὁ γὰρ ἐμὸς πατὴρ ἀθάνατός ἐστιν. Ἐκέκτετό τις τῶν ἀδελφῶν Εὐαγγέλιον μόνον· καὶ τοῦτο πωλήσας, ἔδωκεν εἰς τροφὴν τοῖς πεινῶσιν, ἄξιον μνήμης ἐπιφθεγξάμενος ῥήμα· Δι' αὐτὸν γὰρ, φησὶ, τὸν λόγον πεπώληκα τὸν λέγοντα, Πάλησον σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δός πτωχοῖς. Ἔστι δὲ τις περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν νῆσος, κατ' αὐτὸ τὸ Βύρειον, πέραν τῆς λίμνης κεκμένη τῆς καλουμένης Μαρίας· προσοικεῖ δὲ αὐτῇ μοναχός, τῆς παρεμβολῆς τῶν Γνωστικῶν δοκιμώτατος· ὅστις ἀπεφάνετο πάντα τὰ πρατόμενα ὑπὸ τῶν μοναχῶν πράττεσθαι δι' αἰτίας πάντες· διὰ Θεοῦ, διὰ φύσιν, διὰ ἔθος, δι' ἀνάγκην, διὰ ἔργον χειρῶν. Ὁ δὲ αὐτὸς εἶλεγε πάλιν μέλαν μὲν εἶναι τῇ φύσει τὴν ἀρετὴν· εἰδοποιεῖσθαι δὲ αὐτὴν ἐν ταῖς δυνάμεσι τῆς ψυχῆς. Καὶ γὰρ τὸ φῶς τὸ ἥλιακὸν ἀσχημάτιστον μὲν, φησὶν, ἐστὶ· ταῖς δὲ δι' ὧν εἰσβάλλει θυρεοὶ σχηματίζεσθαι πύ-

^r Matth. xix, 21.

Quæ Evagrius in quibusdam libris de ejus temporis monachis de verbo ad verbum scripserit.

« Necessarium quoque est, vias eorum qui nobis præierunt, monachorum rite inquirere, et ad eas vitam nostram componere. Multa enim ab eis et dicta et acta sunt præclare. In quibus illud quidam dixit: Aridiorem et minus inæqualem dietam charitati conjunctam, celeriter monachum ad indolentiam portum ducere. Idem fratrem quemdam, qui subinde noctu pavore turbabatur, spectris liberavit, ægrotis cum jejunii cultu inservire jussum. Non alia enim re facilius, interrogatus respondit, quam misericordia ejuscemodi terrores et perturbationes exstingui. Antonium Justum conveniens ex sapientibus quidam: Quomodo, o pater, inquit, in monastica vita perdurare potes, qui consolatione ea quæ ex libris percipitur, careas? At liber meus, o philosophe, Antonius respondit, natura ipsa rerum creatarum est. In eis cum mihi visum est, oracula Dei legere licet. Interrogavit me aliquando electionis illud vas, senex Ægyptius Macarius, Quid ita injuriarum erga homines memoriam retinentes, vim animæ reminiscendi enecaremus: adversus dæmones autem, cum acceptorum ab eis malorum reminiscimur, detrimentum nullum sentiremus? Cum autem ego, quod responderem, non haberem, atque id discere vellem, rogatus ille: Propterea, inquit, quod prior illa affectio præter naturam, posterior autem secundum naturam iræ est. Adveni aliquando ipso meridionali tempore ad sanctum patrem Macarium; et quod siti admodum ardeam, aquam ab eo petii. Et ille: Contentus esto, inquit, umbra. Multi enim viatores et navigantes hac nunc carent. Deinde cum apud eum verba de continentia et temperantia facerem: Confide, inquit, o filii, et bono esto animo. Ego totis annis viginti neque panem, neque aquam, neque somnum ad satietatem cepi. 199 Panem namque meum ad certum libræ pondus comedi, aquam ad constitutam mensuram bibi, et parieti acclinatus exiguam aliquam somni partem rapui. Monacho cuidam nuntius venit de patris morte, atque ille ad nuntiantem: Desine, inquit, blasphemare, et impie loqui: Pater enim meus immortalis est. Ex fratribus quidam unicum Evangelii librum in bonis suis habuit: quo et ipso vendito, pretium ejus ad esurientium alimenta dedit, memoria digno verbo illo addito: Propter illud oraculum librum vendidi, quod dicit: *Vende ea quæ habes, et da pauperibus*¹. Insula quædam est circa Alexandriam, septentrionem versus, ultra lacum qui Maria dicitur, sita. Habitat in ea monachus Gnosticorum ordinis celeberrimus, qui omnia quæ a monachis gererentur, ob quinque causas fieri dixit: propter Deum, propter naturam, propter consuetudinem, propter necessitatem, propter manuum opus. Idem ipse unam esse dixit.

natura virtutem, ejusque formam in animæ viribus effigiari. Nam et lumen solis ait sine forma esse : formam autem id recipere, per quas penetrat, fenestris. Alius quidam monachus : Propterea, inquit, voluptates mihi subtrahō, ut iræ causam et occasionem præcidam. Scio enim illam semper propter voluptates oppugnari, mentemque meam perturbare, et cognitionem ipsam fugare. Ex senibus etiam quidam dixit, Charitatem ciborum et pecuniarum depositum servare nescire. Idem : Non scio, inquit, eadem in re his a dæmonibus me deceptum esse. Hæc ad verbum Evagrius, in eo libro quem *Practicum* inscripsit, exposuit. Quæ vero etiam in Gnostico suo dicat, audiamus. Quatuor virtutes, earumque considerationes esse, a Justo Gregorio didicimus : prudentiam, fortitudinem, temperantiam, et justitiam. Et prudentiæ quidem officium esse is dixit, considerare et contemplari, verbis non adhibitis, sanetas et intellectuales potestates. Has namque a sapientia manifestari tradidit. Fortitudinis autem in veritate cognita, etiam si bellum et discrimen tibi paretur, constanter perseverare, neque ad res falsas transire. Temperantiæ porro semina a primo agricola jacta recipere, posteram autem et furtim aspersam ab adversario sementem rejicere. **200** Justitiæ vero, juxta dignitatem et commoditatem ejusque orationem attemperare, vel obscure annuntiendo, vel per ænigmata et ambages significando, vel etiam aperte indicando, ad simpliciorum utilitatem et profectum. Veritatis autem columna Basilus Cappadox dixit ; Cognitionem seu scientiam quæ ab hominibus provenit, continua meditatio et exercitium adauget ; eam autem quæ gratia Dei contingit, justitia, placabilitas iræ expers, et misericordia. Et priorem illam, etiam qui affectionibus obnoxii sunt, obtinere possunt ; posteriorem vero, qui ab affectionibus alieni sunt, tantum perscipiunt, qui etiam precationis tempore mentis suæ lucem eos circumfulgentem vident. Lux illa Ægypti sanctus Athanasius : Mensam, inquit, Moses ad Borealem partem statuere jussit. Sciunt igitur Gnostici, et qui scientiæ seu contemplationi operam navant, quinam adversus eos adversarius spiret, et tentationem omnem magno sustineant animo, atque alacriter ad se venientes alimentis foveant. Thmuitarum ecclesiæ angelus ille Serapion dixit, mentem spirituali cognitione et scientia imbutam perfecte purgari ; charitatem, flammantes iræ partes curare ; temperantiam autem, affluentem malas cupiditates et libidines sistere. De providentia et judicio semper tecum ipse rationes reputa, magnus ille et doctus doctor Didymus ait, earumque materiam fac tecum in memoria circumferas ; nam omnes fere in his hallucinantur. Et doctrinam quidem de judicio, in varietate corporum, ipsiusque mundi ; de providentia autem, in moribus atque modis, qui nos a vitiis et ignorantia ad virtutem vel cognitionem ducunt, invenies. » Hæc gustus tantum gratia, ex Evagrii scriptis apposuimus.

φυκεν. Ἄλλος δὲ τις τῶν μοναχῶν, διὰ τοῦτο περιαιρῶ τὰς ἡδονὰς, ἔφη, ἵνα τὰς τοῦ θυμοῦ περιχέωι προφάσεις· οἶδα γὰρ αὐτὸν ἀεὶ μαχόμενον ὑπὲρ τῶν ἡδονῶν, καὶ ἐκταράσσοντά μου τὸν νοῦν, καὶ τὴν γνῶσιν ἀποδιώκοντα. Ἔλεγε δὲ τις τῶν γερόντων, ὅτι Ἡ ἀγάπη παραθήκας βρωμάτων ἢ χρημάτων τηρεῖν οὐκ ἐπίσταται. Ὁ δὲ αὐτὸς, οὐκ οἶδα, φησὶν, εἰς ταυτὸν δις ὑπὸ δαιμόνων ἀπατηθεὶς. Ἐν μὲν οὖν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ αὐτῷ *Πρακτικῷ* ταῦτα κατὰ λέξιν φησὶν Εὐάγριος· οἶα δὲ καὶ ἐν τῷ *Γνωστικῷ* αὐτοῦ διέξισιν, ἀκουσώμεθα. Τίσαρσ ἀρετὰς καὶ τὰς θεωρίας αὐτοῦ παρὰ τοῦ δικαίου Γρηγορίου μεμαθήκαμεν εἶναι· φρόνησιν καὶ ἀνορίαν, σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην. Καὶ φρονήσεως μὲν ἔργον ἔλεγε εἶναι τὸ θεωρεῖν τὰς νοεράς καὶ ἀγίας δυνάμεις· δὴλα τῶν λόγων· τούτους γὰρ ὑπὸ τῆς σοφίας δηλοῦσθαι παραδέδωκεν· ἀνδρίας δὲ τὸ ἐγκατατερεῖν τοῖς ἔθλοισι καὶ πολεμούμενον, καὶ μὴ ἐμβατεύειν εἰς τὰ μὴ ὄντα. Καὶ τὸ παρὰ τοῦ πρώτου γεωργοῦ δεχέσθαι σπέρμα, καὶ ἀπωθεῖσθαι τὸν ἐπισπορέα, τῆς σωφροσύνης ἴδιον ἀπεκρίνατο εἶναι. Δικαιοσύνης δὲ πάλιν τὸ κατ' ἄξιον ἐκάστου λόγον ἀποδιδόναι, τὰ μὲν σκοτεινῶς ἀπαγγέλλουσαν, τὰ δὲ εἰ' ἀνιγμάτων σημαίνουσαν, τινὰ δὲ καὶ φανεροῦσαν πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀπλουστέρων. Τῆς ἀληθείας ὁ στύλος ὁ Καππαδόκης Βασίλειος, τὴν ἀκἀνθρώπων, φησὶν, ἐπισυμβαλίνουσαν γνῶσιν προσεχῆς μελέτη καὶ ψυμνάσιον κρεῖσσουσα ποιεῖ· τὴν δὲ ἐκ θεοῦ χάριτος ἐγγινομένην δικαιοσύνην καὶ ἀοργησία καὶ ἔλεος. Καὶ τὴν μὲν προτέραν δυνατὸν καὶ τοὺς ἐμπροθεῖ· ὑποδέχεσθαι· τῆς δὲ δευτέρας οἱ ἀπαθεὶς μόνου εἰσὶ δεκτικοί· οἳ καὶ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς τὸ οἰκεῖον φέγγος τοῦ νοῦ περιλάμπον αὐτοὺς θεωροῦσι. Τῶν Αἰγυπτίων ὁ ἅγιος φωστὴρ Ἄθανάσιος, τὴν τράπεζαν, φησὶ, Μωϋσῆς εἰς τὸ Βόρειον μέρος στήσαι προσέταξε. Γινωσκέτωσαν οἱ Γνωστικοὶ τίς ὁ πνέων ἐστὶ κατ' αὐτῶν, καὶ πάντα πειρασμὸν γενναίως ὑπομένετωσαν, καὶ μετὰ πρῆθυμίας τοὺς προσκλιώτας τρεφέτωσαν. Ἔλεγε δὲ ὁ τῆς Θμοῦτῶν Ἐκκλησίας ἄγγελος Σεραπίων, ὅτι ὁ νοῦς μὲν πεπωκῶς πνευματικὴν γνῶσιν, τελείως καθαιρεται· ἀγάπη δὲ τὰ φλεγμαίνοντα μόρια τοῦ θυμοῦ θεραπεύει· πονηρὰς δὲ ἐπιθυμίας ἐπιβρέουσας ἴστησιν ἐγκράτεια. Τοὺς περὶ προνοίας καὶ κρίσεως κατὰ σαυτὸν ἀεὶ γύμαζε λόγους, φησὶν ὁ μέγας καὶ γνωστικὸς διδάσκαλος Δίδυμος· καὶ τούτων τὰς ὕλας διὰ μνήμης φέρειν πειράθητι. Ἄπαντες γὰρ σχεδὸν ἐν τούτοις προσπαλοῦσι· καὶ τοὺς μὲν περὶ κρίσεως λόγους ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν σωμάτων καὶ τοῦ κόσμου εὐρήσεις, τοὺς δὲ περὶ προνοίας ἐν τοῖς τρόποις τοῖς ἀπὸ κακίας καὶ ἀγνωσίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, ἢ ἐπὶ τῆς γνῶσιν ἡμᾶς ἐπανάγουσιν. Ταῦτα μὲν γεύματος· χάριν ἐκ τῶν Εὐαγγρίου ὁμῖν παρεθέμεθα.

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

A

201 CAPUT XLIV.

Μυσία ἐν συνόψει τῶν τηρικαῖτα περιβοήτων ἀνδρῶν ὡς Θεοῦ προνοία ἀντιφρόβους τῷ μεγέθει τοῦ κλύδωνος τοῦ τότε ὀ χρόνος τοῦτους ἐπήνεγκε.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον πολλοὶ καὶ ἄλλοι ἐν τε διαφόροις τόποις, καὶ μοναστηρίοις διέλαμπον θαυμαστοὶ καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες, οὓς ἐν μυσίᾳ τὰ γε νῦν ἔχον ποιεῖν ἔξω τοῦ προκειμένου γενομένου ἑκάστου τὸν τε βίον καὶ πολιτείας καὶ ὅσα ἐνήργησαν θαύματα. Εἰ δὲ τῷ σκοπῷ τὰ περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς διεδίδασκεν, τί τε εἶπον καὶ ἔπραξαν πρὸς τὴν τῶν ἀκούοντων ὠφέλειαν, ὅπως τε καὶ ἕηρες αὐτοῖς ὑπετάγησαν, Παλλάδιος δὲ Εὐαγρίῳ μαθητευθεὶς τὰ περὶ αὐτῶν πάντα εἰς ἓν ἀθροίσας βιβλίον, ἀριστα διεξήλυθε· καὶ τοῦτ' ἐπὶ τοῖς βουλομένοις ἐντυγχάνειν προτρέπομεν. Ἐν ᾧ οὐκ ἀνδρῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν βίους ἐφαμύλλως πολιτευσάμενων τοῖς προειρημένοις θεοῖς ἀνδράσι εὐλαβῶς διεξέρχεται. Ἄλλ' Ἐὐαγρίος μὲν καὶ Παλλάδιος ἐπὶ τῆς ἐχομένης ἡθύσησαν βασιλείας. Οὗτοι μὲν εὖ ἀσκηταὶ καὶ τῆς ἀρετῆς ἐπιμελεῖς; φροντισταί, καὶ ἐκεῖνοι δὲ πρεσβυτοὶ τοῦ καροῦ· ἐν δ' ἐπισκόποις Βασίλειος τε ὁ μέγας; καὶ Γρηγόριος ἄμφω, ὃ τε Θεολόγος; καὶ ὁ τῶν Νυσσαίων φωστῆρ· ὁ μὲν σύσκηνος καὶ σύμπνοος; ἐκεῖνος καὶ ἐφ' ἅπασιν συνεργῶν, ὁ δ' ἀδελφῶς ὡς μάλιστα καθεστῶς. Συνήργει δὲ αὐτοῖς καὶ Πέτρος ἀδελφῶ φρονῶν, τοῖς αὐτοῖς πατράσι χρησάμενος οἷς καὶ Βασιλείος; καὶ παιδείας μὲν τῆς; θύραθεν οὐκ εἰς τὸσον ἦκων, ἐπίσης; δ' ἐκείνοις τὰς τοῦ βίου μαρμαρυγὰς ἀφίεις. Οὗτοι μὲν ἐν Καππαδοκίᾳ διέλαμπον· ἐν δὲ Πισιδίᾳ Ὑπτιμος, καὶ ἐν τῇ Λυκαδῶν ὁ πολὺς Ἀμφιλόχιος; ὑπὲρ τῆς προγονικῆς γενναίως ἀνθιστάμενος πίστει. Ἐν μὲν οὖν τῇ ἐφ' οὗτοι πρόβολοι, μετ' Ἀθανάσιον, τῆς ἐπερὰς ἡμῶν πίστει ἦσαν· ἐν δὲ τῇ ἐσπέρα Δάμασος; τῆς Ρωμαίων Ἐκκλησίας ἡγούμενος, πολὺ τὸ τῆς ἀληθείας φέγγος ἀπέστειλε· καὶ ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος; τῆς Μεδιολάνων ἐγκεχειρισμένος τοῦς οἰακας· οἱ καὶ πόρρωθεν λαχόντες οἰκεῖν, πυκνὰ τὰ τῆς ἀληθείας βέλη κατέπεμπον. Καὶ ἄλλοι δὲ πλείστοι τὰς ἐσχατίας τῆς γῆς οἰκεῖν ἠναγκασμένοι, οἳ τισιν ἀκοντίοις τοῖς γράμμασι χρώμενοι, τοὺς πολεμίους τῆς Ἐκκλησίας ἠκόντιζον, τοὺς δὲ γνησίους ἐστήριζον. Τῷ γὰρ μεγέθει τοῦ κλύδωνος ὁ τῶν ὄλων πρύτανις ἀντιφρόβους; ἐπέμψε καὶ τοὺς κυβερνήτας· τῶν τε πικρῶν καὶ σφοδρῶν τῶν πολεμίων καὶ στρατηγῶν ἀνάλογον ἀνέταξεν ἀρετῆν· καὶ τῷ ἀκμαίῳ τῆς νόσου ταῖς τῶν καιρῶν δυσχερεῖαις τὰ ἀλεξίκακα καὶ πρόσφορα ἐπέστησε φάρμακα· φορὰν τοσοῦτων ἀνδρῶν ἐν τε τοῖς πληθεσι καὶ ταῖς ἐκκλησίαις, πρὸς δὲ καὶ μοναστηρίοις καὶ ὕρσιον ἀναδείξας. Οὐ τούτῃ; δὲ τῆς προμηθείας τὰ ἡμέτερα κατηξίωσεν ὁ τῶν ὄλων θεός, ἀλλὰ καὶ ἀλλης μεγίστης κηδεμονίας πρύτανις ὤφθη. Ἐλκύσα; γὰρ τὸ Γότθων ἔθνος ἐπὶ Θράκης, τὸν αἴτιον τῆς συγχύσεως κατήγαγεν ἐπὶ τὸν Βόσπορον· καὶ προφανεῖ παραδίδωκεν ἀπωλεία τὴν κατὰ Θεοῦ μόνου καὶ τῶν ἐκεῖνου θερ-

Brevis commemoratio tanquam in summa clarorum ejus ætatis virorum, ut eos divina providentia id tempus tanquam scopulos contra immensos fluctus et tempestates tulerit.

Eodem autem tempore multi etiam alii in diversis locis et monasteriis eluxere, admirandi et Dei amantes viri, quos commemorare hoc loco si velimus; et cujusque vitam, mores et acta recensere, ab instituto nostro longe produceremur. Quod si quis accurato ea cognoscere cupiat, quid illi scilicet et fecerint et dixerint ad auditorum utilitatem, atque etiam ut feræ subjectæ eis fuerint, Palladius Evagrii discipulus, qui res eorum in unum collegit librum, optime exposuit: quem qui volunt, legere possunt. Nam in eo non virorum tantum, sed et mulierum, quæ cum eis, quos diximus, divinis viris morum sanctitate certarunt, vitas pie descripsit. Evagrius autem et Palladius, quod proxime secutum est, imperio floruerunt (1). Atque ii qui sem monachi sedulique et diligentes virtutis doctores, eo tempore enituerunt. Inter episcopos vero Basilius magnus et Gregorius ambo, Theologus videlicet, et Nyssensæ urbis luminare: alter illius contubernalis, atque in rebus omnibus consentiens adjutor et socius, alter autem frater conjunctissimus. Administer etiam eorum fuit, fraterno prorsus animo, Petrus, eisdem quibus Basilius parentibus prognatus, profanis quidem litteris non tantopere imbutus, virtutis autem splendore illis non inferior. Isti in Cappadocia fulserunt. In Pisidia autem Optimus, et in Lycaoniæ metropoli magnus Amphilocheus, pro fide a majoribus accepta, fortiter depugnarunt. Et ii tanquam propugnacula sacræ religionis nostræ, in Oriente post Athanasium fuisse. In Occidente autem, Damasus Romanæ Ecclesiæ præfectus, multa veritatis luce coruscavit: et præterea divus Ambrosius, Mediolanensis antistes: qui quamvis longa locorum intercapedine dissiti essent, multa tamen veritatis tela contra hostes emisere. Insuper et alii plurimi, qui extremas terras incolere coacti fuerant, veluti quasdam sagittas, in Ecclesiæ adversarios epistolas sunt jaculati, et suos simul scriptis confirmarunt. **202** Universitatis namque hujus moderator, adversus tantam fluctuum et tempestatis magnitudinem, rectores quoque e diverso misit egregios: et contra multitudinem et vehementiam hostium, convenientem ducum opposuit virtutem; atque adversus morbum temporum difficultate vigentem, commoda et præsentia exhibuit remedia; qui tantum tantorum virorum in populi multitudine, in ecclesiis atque in ipsis monasteriis et montibus, proventum dedit. Nec eo tantum modo rerum universarum Deus rebus nostris consulere est dignatus, sed et alterius maximi beneficii procurator atque conciliator esse vultus est (2). Pertracta namque Gotthorum gente in Thraciam, auctorem etiam turbæ et confu-

(1) Post Valentis mortem. Socrat.

(2) Sozom. lib. vi, cap. 55.

sionis ad Bosphorum adduxit, atque in apertam eum tradidit perniciem, qui adversus solum Deum atque illius ministros bellum gerere noverat : exitiosum dico Valentem. Id quomodo sit factum, ubi prius unum ejus nefarium scelus exposuero, dicam, et ad finem ejus progrediar. Ac de eis qui juxta ecclesiae sanctiones philosophati sunt, hæc pro eo atque potui, dixi.

CAPUT XLV.

De interitu Græcorum idololatrarum, propter oracula quædam litteris distincte designata, initio facto a littera θ usque ad δ. De astronomia, et Themistio philosopho : et quibus is verbis Valentem lenierit, ut de persecutione nonnihil remitteret.

festum celebrant. Scriptum enim est, inquit, a decima quarta usque ad vicesimam primam Pascha esse peragendum. Mihi sane non recte fecisse videntur, qui olim de festo hoc die tantopere dissidentes contenderunt: multo vero minus, qui hac in parte Judæos sibi imitandos esse statuerunt. Sed (1) illis, ut opinor, in mentem non venit, quod Judaismo in Christianismum mutato, ex necessitate quadam figuræ rei ipsi cesserint, sicuti hoc inde satis constabit. Nulla namque Christi lex Christianis ut judaizent præcipit: præcipit autem? Imo potius id prohibet: quemadmodum disertis verbis divinus Apostolus sanxit, non solum de circumcissione, quæ legis est caput, vetans, verum etiam de diebus festis cohortans, ut nequam discipantes segregemur. Et ad Galatas scribens: *Dicite mihi, inquit, qui sub lege esse vultis, legem non auditis*? Atque ubi de hoc pauca disseruit, deinde ostendit, Judæorum populum servum esse: libertatem autem eos obtinere, qui Christum sequuntur. Ubi etiam admonet, non observandas esse dies et annos. In Epistola autem ad Colossenses clarâ prædicat voce, umbram esse observationes ejusmodi. Quapropter infert, dicens: **291** *Nemo vos judicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut Sabbati, quæ sunt umbra futurorum*.² Ad Hebræos autem, hæc omnia veluti sigillo confirmans, dicit: *Translatio enim sacerdotio, necessario etiam legis translatio subsequuta est*.³ Satis igitur liquet, neque sacrum Evangeliorum librum, neque divinum ipsum Apostolum, Christianis jugum servitutis legis imposuisse: sed ut et Pascha et reliquos festos dies honorifice, quandocumque eis visum esset, peragant, animi gratitudinæ eorum qui beneficio sunt affecti, reliquisset. Proinde quia homines maxime ferias amant, a laboribus in eis conquiescentes, tum sicuti cuique visum erat, in regionibus passim, consuetudine quadam per traditionem accepta adducti, salutiferæ passionis memoriam colentes celebrarent. Neque enim vel Servator ipse, vel ejus discipuli, lege ulla id observandum esse statuerunt: sed neque in eum qui hoc ita non perageret, condemnationem, aut pœnam, aut execrationem, sicuti Mosæ lex facere solita fuerat, vel evangelica vel apostolica scripta induxerunt, aut comminati sunt. Divi vero evangelistæ historia sua scribenda, Mosaici Paschæ festi obiter saltem mentionem fecere: Servatorem scilicet azymorum tempore passum esse, cum celebre apud Judæos ageretur festum: ut ostenderent illi, festis potissimum diebus cædes eos perpetrare constituisse. Ipsis profecto sanctis apostolis consilium illud propositum non fuit, ut sibi de diebus festis iudicium Deo gratam vitam, virtutem et veram erga Deum pietatem traderent atque inducerent. Mihi quidem

¹ Galat. iv, 21. ² Coloss. ii, 17. ³ Hebr. vii, 12.

(1) Admiratur Nicephorus cum Socr. lib. v, cap. 22, eos qui vel pertinaciter de festo die Pa-

τελείν. Οὐ τοῖνον μοι καλῶς πρῆξει δοκοῦσιν οὐδ' οἱ ἔκπαλαι περὶ τῆς ἑορτῆς ταύτης φιλονεικῆσαντες, οὐθ' οἱ τότε τοῖς Ἰουδαίοις ἡρημένοι ἀκολουθεῖν· οἶμαι γὰρ, οὐκ εἰς νοῦν ἔθεντο, ὡς τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ μετατιθεμένου πρὸς Χριστιανισμὸν, ἐξ ἀνάγκης οἱ τύποι τοῦ ἀκριβοῦς παρετρέποντο, ὡς αὐτόθεν δεῖχθήσεται· καὶ γὰρ οὐδεὶς Χριστοῦ νόμος Ἰουδαῖον προτρέπει Χριστιανοῖς· μᾶλλον δὲ καὶ ἐκόλυσε, καθὰ διαβρόηδην ὁ θεὸς Ἀπόστολος ἀπέφηνετο, μήτοι γε ἀπαγορεύων τὴν περιτομὴν, τὸ τοῦ νόμου κενόφαιον, ἀλλὰ καὶ περὶ ἑορτῶν παραινῶν μηδαμῶς διακρίνεσθαι. Καὶ δὴ Γαλάταις γράφων, ταῦτά φησι· *Λέγετέ μοι, ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε*; Καὶ βραχέα περὶ τούτου διαλαθεις, ἔπειτα δείκνυσσι, δοῦλον μὲν εἶναι τὸν τῶν Ἰουδαίων λαόν· τὸ δ' ἐλεύθερον ἔχειν, ὅσοι δὴ Χριστῷ ἠκολούθησαν· ἐν οἷς παραινεῖ μὴδὲ ἡμέρας παρατηρεῖν καὶ ἐνιαυτούς. Ἐν δὲ τῇ πρὸς Κολοσσαεῖς λαμπρῶς κηρύττει φωνῇ σικάν εἶναι τὰ παραφυλάγματα· ὅθ' ἐπιφέρει, λέγων· *Μηδεὶς ὑμῶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νομηνίας, ἢ Σαββάτου· ἅτινά ἐστι σκιά τοῦ μέλλοντος*. Ἐν δὲ τῇ πρὸς Ἑβραίους ταῦτα πάντα ἐπισφραγίζων φησὶ· *Μετατιθεμένης γὰρ τῆς Ἱερουσώνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμον μετάθεσις γίνεται*. Φαίνεται τοίνυν, ὡς οὔτε ἡ ἱερὰ τῶν Εὐαγγελίων βίβλος, οὔτε μὴν ὁ θεὸς Ἀπόστολος, ζυγὸν δουλείας νόμου ἡμῖν ἐπέθηκαν· ἀλλὰ καὶ τὸ Πάσχα καὶ τὰς λοιπὰς τῶν ἑορτῶν τῇ ἐγγυμοσύνῃ τῶν εὐεργετηθέντων τιμᾶν κατέλιπον ὅπως δὴ ποτε βούλονται. Ὅθεν ἐπεὶ τὰς ἑορτάς μάλιστα φιλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, αἵτε δὲ ἐν αὐταῖς ἀνήμενοι τῶν πόνων, τηνικαῦτα ὡς ἐκάστῳ βούλησις ἦν κατὰ χώρας, τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους μνήμην ἔθει τινὶ ἐκ παραδόσεως κρατούμενοι ἐπατέλεσαν. Οὐ γὰρ πάντως νόμῳ τινὶ τὸν Σωτῆρα ἢ τοὺς μαθητὰς τοῦτο παραφυλάττειν ὀρεσασθαι· ἀλλ' οὐδὲ ὑπὸ καταδίκην ἢ τιμωρίαν ἢ κατάραν, ὡς ὁ τοῦ Μωσέως εἶχε νόμος, τὰ Εὐαγγέλια ἢ οἱ ἀπόστολοι τὸν μὴ οὕτω τελούοντα εἰσῆγαγον ἢ προσπειλίσαν· κατὰ δὲ μόνην ἱστορίαν τοῦ Μωσαϊκοῦ Πάσχα τὴν μνηστὸν οἱ θεοὶ εὐαγγελιστὰς ἐποίησαν· τὸν Σωτῆρα πεπουθέναι τῷ τῶν Ἀζύμων καιρῷ, μεγάλης ὕψης παρ' αὐτοῖς ἑορτῆς· ἐν' ἐνδειξάνται, ὅτι κατὰ τὰς ἑορτάς μᾶλλον μαινεσθῆναι ἤρουντο. Τοῖς μὲν οὖν θεοῖς ἀποστόλοις σκοπὸς οὐχὶ περὶ ἡμερῶν ἑορτασίων κρῖνειν τε καὶ νομοθετεῖν, ἀλλὰ θεοφιλέβιον καὶ ἀρετὴν καὶ θεοσεβείαν παρασχεῖν τε καὶ εἰσηγήσασθαι. Καὶ μοι δοκεῖ, ὡς περὶ ἄλλα τε κλείσται κατὰ τάπους συνθεταῖν ἔσχον, οὕτω καὶ περὶ τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν συνθεθῆναι. Ἐκ γὰρ τινος συνθεταῖς παρ' ἐκάστοις ἔθεντο ἰδιόζουσαν ἔσχε τὴν παρατήρησιν· ὡς εὐδελον εἶναι τὸ μὴδένα τῶν ἀποστόλων μὴδὲν τι περὶ ταύτης νομοθετῆσαι τῆς ἑορτῆς.

sumerent, aut de eis leges ferrent: sed potius schæ disceptent, vel Judæos eo celebrando imitentur.

videtur, quemadmodum alia plurima plerisque in locis suam obtinere consuetudinem, ita id quoque de Paschæ festo accidisse; quod ex more quodam apud gentes, quæque suam habuit observationem: ut satis manifestum sit, neminem apostolorum quidquam de festo hoc die legis factione consiluisse.

ΚΕΦΑΛ. ΑΓ'.

Ὅτι τοῖς παλαιοῖς ἔθει ἀρχαίῳ μᾶλλον ἢ νόμῳ ἔταλείτο ἐκ πυραδόςως ἢ τοῦ Πάσχα ἑορτῆ.

A

292 CAPUT XXXIII.

Quod veteres consuetudine magis antiqua, quam lege ulla, juxta Patrum traditionem, Pascha celebrant.

Porro quod ab initio Pascha moribus magis quam legibus observatum sit, re ipsa declarabimus. Qui namque minorem Asiam incolere, plurimi ab apostolorum temporibus Sabbato despecto, decimam quartam lunæ diem observarunt. Quod cum facerent, nequaquam ab aliis, qui hoc non itidem facerent, dissidebant: quoad Victor (1) urbis Romanæ episcopus, plurimum commotus, litteris Asianos quartam decimam diem colentes damnavit atque excommunicavit. Quam ob causam e diverso Irenæus Lugdunensis in Galliis episcopus, ad Victorem litteras dedit, quibus illum objurgat, et facinus tam calidum reprehendit: perdocte exponens, quod cum antiquiores etiam communionem rerum omnium inter se in Christianismo retinerent, et de Paschæ festi tempore variarent, nullum id putaverint esse præjudicium; adjiciens præterea, Polycarpum Smyrnæ episcopus, qui sub Gordiano postea coronam martyrii recepit, Romani venisse, et cum Aniceto ejus urbis episcopo communicasse, nihil de festo Paschæ cum eo disceptantem. Nam et ipse Polycarpus patria quadam Smyrnesium consuetudine, decima quarta die Pascha celebrabat: sicuti Eusebius quoque Pamphili in quinto ecclesiasticæ Historiæ suæ libro testatur. Constat igitur, sicuti dixi, quosdam in minore Asia decimam quartam lunæ diem observasse. Alii vero, qui in superioribus Orientis partibus habitant, Sabbatum festo eo celebrando magis coluere. Cæterum de mense eis major fuit contentio. Quidam namque Judæos sequi voluerunt, cum quidem jamdudum certiore observatione illi excidissent. Aliis vero ab eo abhorrentibus, post æquinoctium vernum Pascha agendum potius visum est: celebrandum id semper esse dicentibus, cum sol in Ariete sit, secundum Antiochenos Xanthico, secundum Romanos autem Aprilii mensæ. Qui quidem non eos qui tum delirabant, Judæos, sed antiquissimos, et magnum illum in primis Josephum, 293 sicuti is hac de re in tertio Antiquitatum Judaicarum libro refert, secuti sunt. Ac illi quidem qui minorem Asiam et superiores Orientis partes tenent, ad hunc modum de festo hoc die dissenserunt. Alii vero omnes, qui Christianismum susceperunt, et Occidentales cuncti ad Oceanum usque, post vernum æquinoctium Pascha peragere inveniuntur, vetustiore consuetudinem sequentes. Qui sane universi ita festum Paschæ celebrantes, nunquam inter se discordare

Ὅτι δ' ἐξ ἀρχῆς ἔθει μᾶλλον ἢ νόμῳ τὸ Πάσχα τὴν παρατήρησιν ἔσχεν, ἐκ τῶν πραγμάτων σαφῶς παραστήσομεν. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν μικρὰν Ἀσίαν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὸ Σάββατον παραιδόντες, τὴν τεσσαρεσκαίδεκάτην τῆς σελήνης ἐτήρησαν. Οὕτω δὲ πράττοντες, οὐδαμῶς διεφέροντο πρὸς τοὺς ἄλλως οὕτῳ πράττοντας· ἕως οὗ Βίκτωρ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος, πλεῖστα διαθερμανθεὶς, γράμματι τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν τὴν τεσσαρεσκαίδεκάτην τιμῶσιν ὁκιοκωνησίαν κατεδίκαζεν. Ἐφ' ᾧ πάλιν Εἰρηναῖον τὸν ἐν Λουγδοῦνῳ τῶν Γαλλῶν ἐπίσκοπον Βίκτωρι τάναντια δι' ἐπιστολῆς σημῆσαι. Κατατρέχει μὲν γὰρ αὐτοῦ, ἐν μέμψει δὲ τὸ θεμελίον τῆς πράξεως τίθεται· διεξιὼν τε διδασκαλικώτερον, ὡς καὶ εἰ ἀρχαιότεροι κοινωνοῦντες κατὰ πᾶν ἀλλήλοισι τοῦ Χριστιανισμοῦ, περὶ τὸν τοῦ Πάσχα διεφώνουν καιρὸν, μηδὲν τοῦτο ἡγούμενοι πρόκριμα· προστιθεὶς ὡς καὶ Πολύκαρπος τῆς Σμυρναίων ἐπίσκοπος γεγενοὺς, ὃς ἐπὶ Γορδιανοῦ τὸν τοῦ μαρτυρίου ὑστερον ἀνεδήσατο στέφανον, τῆ Ῥώμῃ ἐπιδημήσας, Ἀνικήτῳ τῷ Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ καθίστατο κοινῶς, μήτι διακρινόμενος περὶ τοῦ Πάσχα· ὅτι περὶ καὶ αὐτὸς ὁ Πολύκαρπος ἐγγυρῶν τιμὴν συνηθεία τῆς Σμυρναίων κατὰ τὴν τεσσαρεσκαίδεκάτην τὸ Πάσχα διατελῶν ἦν· ὡς καὶ ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος μαρτυρεῖ κατὰ τὴν πέμπτην τῆς ἐκκλησιαστικῆς αὐτοῦ ἱστορίας. Δείκνυται τοίνυν, ὡς ἔφη, ὅτι τινὲς ἐν τῇ μικρᾷ Ἀσίᾳ τὴν τεσσαρεσκαίδεκάτην τῆς σελήνης ἐτήρουν· ἄλλοι δὲ τῶν ἐν τοῖς ἀνωτέρω τῆς ἕω τὸ μὲν Σάββατον μᾶλλον ἐτήρουν τῆς ἑορτῆς· περὶ δὲ τὸν μῆνα διεφέροντο μᾶλλον· ὧν οἱ μὲν τοῖς Ἰουδαίοις ἐπεσθαί ἤθελον, καὶ ταῦτα τῆς ἀκριθείας πάλαι διολισθήσασιν· οἱ δὲ τοῦτο μᾶλλον διὰ μίσους τιθέμενοι μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἡμερίαν τελεῖν τοῦτο ἤρουντο· δεῖν λέγοντες αἰεὶ τὸ Πάσχα ποιεῖν, ἐν Κριῷ τοῦ ἡλίου δυτοῦ, τῷ κατ' Ἀντιοχείας Ξανθικῷ, κατὰ δὲ τοὺς Ῥωμαίους Ἀπριλλίῳ μηνί· πειθόμενους μὴ τοῖς νῦν πλανωμένοις Ἰουδαίοις, ἀλλὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις μάλιστα καὶ Ἰωσήφῳ τῷ πάνυ· ὡς ἐκεῖνος ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας διέξεισιν. Οἱ μὲν οὖν κατὰ τὴν μικρὰν Ἀσίαν καὶ τὰ ἀνωτέρα τῆς ἑώρας οὕτω πρὸς ἑαυτοὺς διὰ τὴν ἑορτὴν διεφώνουν· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἅσοι τὸν Χριστιανισμὸν παρεδέξαντο, καὶ οἱ κατὰ τὴν ἑσπέραν ἄσταν ὠκεανοῦ, μετὰ ἡμερίαν ἐαρινὴν τὸ Πάσχα τελούντες εὐρίσκονται, ἀρχαιοτέρῳ συνηθείᾳ ἐπόμεινοι· οἱ δὲ πάντες οὕτω ποιοῦντες τὸ Πάσχα, οὐδαμῶς ποτε πρὸς σφᾶς αὐτοὺς διαφωνοῦντες ἐφάνησαν· καὶ οὐχ ὡς ὁ τῶν πολλῶν θρύλλοις ἔχει, ἢ ἐπὶ Κωνσταντινου ἐν Νικαίᾳ

(1) Juxta morem circa judicium Sozomenum exscribit. Lege Anicetus. Edit.

visi sunt. Neque vero quemadmodum multorum sermonibus fertur, magna illa sub Constantino Nicææ celebrata synodus, ejusmodi diei Paschæ celebrandi errorem induxit: sed ipse potius divus Constantinus, paucos illos qui a recepta observatione dissentiebant, litteris suis cohortatus est, ut partem majorem sequerentur: et eam imitantes, eodem modo cum illa festum diem peragerent. Epistolam eam imperatoris totam, in tertio libro eorum quos de vita Constantini Eusebius conscripsit, invenies. Ex ea autem particulam quæ de festo Paschæ scripta est, hic apponam: quæ de verbo ad verbum sic habet: « Est ordo quidam bene institutus, quem omnes occidentalium et meridionalium et septentrionalium orbis terræ partium, et quædam etiam orientalium regionum ecclesiæ servant. Quapropter cum in præsentia recte omnes id constitutum esse existimarunt, tum ipse solertia quoque vestræ placitum esse recepi, ut quod per urbem Romanam, et Italiam, Africam, Ægyptum omnem, Hispanias, Gallias, Britanniam, Libyam, cunctam Græciam, Asianam et Ponticam provinciam, et Ciliciam, concordia et una prorsus sententia servatur, idem quoque vestra non gravate suscipiat prudentia: quæ illud seruum consideret, non solum majorem esse in eis quos enumeravimus locis ecclesiarum numerum, verum etiam communiter maxime idem omnes velle, sanctissimum esse, accuratiorumque rationem ut nulla omnino nobis cum Judæorum perfidia intercedat communio, efflagitare. » Imperatoris epistola sic habebat. Verum enimvero Quartodecimanos ferunt a Joanne apostolo decimæ quartæ diei lunæ observationem accepisse: 294 Romanis autem et Occidentalibus partibus Petrum et Paulum, apostolorum maximos, eam quæ ibi frequentatur tradidisse consuetudinem. Scriptum quidem hac de re decretum edere nemo potest. Sapienter vero Victor et Polycarpus extinxisse de die festo contentionem videntur. Quandoquidem autem Occidentales episcopi traditionem Petri et Pauli minime dehonestandam duxerunt, et Asiani quoque Joannis evangelistæ institutum servandum esse contenderunt, de communi consilio placitum est, ut quique, sicuti assueverant, festum diem agerent, mutuam autem communionem nequaquam rescinderent. Stulium (1) quippe quam maxime esse opinati sunt, consuetudinum ejusmodi variantium gratia, a mutua conjunctione discedere, cum eis de robore religionis præcipuis per consentientem concordiam conveniret.

CAPUT XXXIV.

De variis variarum gentium et ecclesiarum consuetudinibus, per quas nullum catholicæ religioni vel offendiculum vel dissidium et discordia est creatum.

Quod vero consuetudinem potius quam legem secuti veteres plerisque in locis, ut quibusque visum erat, Pascha celebrarunt, inde facile colligitur. Non omnes etenim, quamvis ejusdem opi-

μεγάλη σύνδος τὴν τοιαύτην παρέτρεψεν ἑορτὴν. Καὶ γὰρ αὐτὸς μᾶλλον ὁ θεϊότατος Κωνσταντῖνος τοῖς περὶ ταύτην διαφωνοῦσιν ὀλίγοις οὖσι παρήγαγε γράμμασι, τοῖς πλείοσιν ἐπεσθαι, καὶ μιμουμένους, ἐπίσης ἑορτάζειν αὐτοῖς. Ἄλλὰ τὴν μὲν ἄλλην τοῦ βασιλείου ἐπιστολὴν ἐν τῷ τρίτῳ τμήματι τῶν εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου γραφέντων ζητῶν εὐρήσεις. Τὸ γε μὴν μέρος, ὃ περὶ τοῦ Πάσχα διέξεισιν, ἐνταῦθ' ἐγὼ παραθήσομαι, οὕτω κατὰ λέξιν διαγορευόν. « Ἔστι τις τάξις εὐπρεπής, ἣν ἅπασαι αἱ τῶν δουκῶν καὶ μεσημβρινοῦν, καὶ ἀρκιῶν μερῶν τῆς οἰκουμένης παραφυλάττουσιν ἐκκλησίαι, καὶ τινες τῶν κατὰ τὴν ἑβραν τόπων. Οὐ ἔνεκεν ἐπὶ τοῦ παρίντος καλῶς ἔχειν πάντες ἠγγήσαντο. Καὶ αὐτὸς δὲ τῆ ὑμετέρᾳ ἀγγυολίᾳ ἀρέσειν ὑπεσχόμην. Ἴνα ὅπερ δ' ἔν κατὰ τὴν Ῥωμῶν πόλιν καὶ Ἰταλίαν τε καὶ Ἀφρικὴν, καὶ ἅπασαν Ἀγυπτῶν, Ἰσπανίας, Γαλιτίας, Βρετανίας, Λιβύης, ἄλλην Ἑλλάδα, Ἀσιανὴν τε διοικήσιν καὶ Ποντικὴν, καὶ Κιλικίαν, μιᾷ καὶ συμφώνῳ φυλάττεσθαι γνώμῃ, ἀσμένως τοῦτο καὶ ἡ ὑμέτερα προσδέξεται σύνεσις· λογιζομένους, μὴ μόνον ὡς πλείων ἔστι κατὰ τοὺς προσηρημένους τόπους ἐκκλησιῶν ἀριθμὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς τοῦτο μάλιστα κοινῆ πάντας ἐσιώτατόν ἐστι βούλεσθαι. Ὅπερ καὶ ὁ ἀκριθὲς λόγος ἀπαιτεῖν δοκεῖ, καὶ οὐδεμίαν μετὰ τῆς Ἰουδαίων ἐπιτοχίας ἔχειν κοινωνίαν. Ἄλλ' ἡ μὲν τοῦ βασιλείου ἐπιστολὴ αὕτη· οἱ δὲ Τεσσαρεσκαίδεκάτῃ ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου τὴν τῆς σελήνης τεσσαρεσκαίδεκάτην παρατηρεῖν εἰληφέναι φασίν. Οἱ δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην καὶ τὰ ἐσπέρια μέρη, Πέτρον καὶ Παῦλον τοὺς μεγίστους τῶν ἀποστόλων, τὴν τοιαύτην ἐκεῖ παραθεωκέναι συνήθειαν φάσκουσιν. Ἐγγυαφον μέντοι περὶ τούτου ἀπόδειξιν παρασχεῖν, οὐδεὶς ἂν ἔχοι δεῖξαι. Καὶ δὴ σφῶς ἄρα μοι δοκοῦσιν οἱ περὶ Βίκτωρα καὶ Πολύκαρπον τὴν περὶ τῆς ἑορτῆς ταύτης σέβεται φιλονεικίαν. Ἐπεὶ γὰρ οἱ πρὸς ἐσπέραν ἱερεῖς· οὐ δὲν φωνῶ τὴν παραδόσιν ἀτιμάζειν Πέτρον καὶ Παῦλον, δις συχρίζοντο δὲ καὶ Ἀσιανοὶ μὴ τῆς Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ ἐξίστασθαι παραδόσεως· συνεδέκει κοινῆ ἐκάστοις, ὡς εἰώθεισαν, τὴν ἑορτὴν ἐκτελεῖν· τῆς δὲ πρὸς ἀλλήλους κοινωνίας μηδὲν χωρίζεσθαι. Καὶ γὰρ εὐθεὶς ὑπέλαβον μάλιστα, ἐθῶν ἕνεκα ἀπ' ἀλλήλων διστασθαι, συμφωνοῦντες περὶ τὰ καίρια τῆς θρησκείας.

ΚΕΦΑΛΑ. ΛΔ'.

Περὶ τῶν ἐν διαφόροις ἔθνεσιν καὶ ἐκκλησίαις ποιούτων ἐθῶν· δι' ὧν οὐ πρόσκομιμά τι διὰ ταῦτα τῆ καθόλου θρησκείᾳ ἐγένετο ἢ τις διχόνοια καὶ διαίρεσις.

Ὅτι δὲ συνηθεῖα τι, οὐ νόμῳ, οἱ παλαιοὶ ἐπόμνοιοι, κατὰ χώρας ὡς ἐκάτῃ ἐδέδεικε, ἐπετέλουσιν τὴν Πάσχα, ἐκείθεν τεκμηριώσασθαι γένοιτο· οὐ γὰρ ὅτι πάντες, ἂν ὁμοῦ εἴεν, τὰς αὐτὰς παραδόσεις

(1) Cæremoniarum dissimilitudine non leditur unitas Ecclesie. Gregor. papa.

κατὰ τὰς ἐκκλησίας φυλάττουσιν. Οἱ γὰρ τῆς αὐτῆς πίστεως· πολλάκις κατὰ τὴν εὐσεβείαν λυμαίνονται. Ἐν τούτοις δὲ γενομένοις, δίκαιον μικρὰ τινα περὶ τῶν κατὰ τὰς ἐκκλησίας διαφόρων ἐθῶν ἡγοῦμαι διεξελθεῖν· ἃ πρότερον μὲν εἶχον, νῦν δὲ Θεοῦ χάριτι τῷ χρόνῳ μεταβληθέντων, εἰς ἕν διωφρονῆσαι πάσας ἐγένετο. Καὶ πρῶτόν γε περὶ αὐτοῦ τοῦ Πάσχα διαληπτέον· τὰς γὰρ πρὸ τούτου νηστείας διαφόρως ἐν ἑκάστοις τὸ ἐξ ἀρχῆς φυλακτομένους εὐρίσκομεν. Ῥωμαῖοι μὲν γὰρ τρεῖς ἑξῆς συνημμένας ἑβδομάδας νηστεύουσιν ὑφαιρουμένους τῶν Σαββάτων καὶ τῶν Κυριακῶν· Ἴλλυριοὶ δὲ πᾶσα καὶ ἡ Ἑλλάς, πρῶς δὲ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια, καὶ Αἰθιοπία καὶ Αἴγυπτος καὶ Παλαιστίνη, ἐν ἑξ ἑβδομάταις τὴν πρὸ τοῦ Πάσχα νηστείαν περαίνουσι, Τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζοντες. Ἐτασοὶ δὲ πρὸ ἑπτὰ ἑβδομάδων τῆς νηστείας κατάρχονται, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ περὶ ἑξ Φοινίκων· τρεῖς δ' ἐν αὐταῖς ἄλλοι πενθήμερους ἐκ διαλειμμάτων νηστεύοντες, ἐπίσης καὶ αὐτοὶ Τεσσαρακοστὴν τὸν χρόνον τοῦτον καλοῦσιν· οἱ δὲ δύο οἱ τὰ Μοναχοῦ. Ἐν οἷς καὶ θαυμά μοι ἔπεισι, πῶς ἅπαντες οὗτοι Τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζουσι, κατὰ τὸ μέτρον τῶν ἡμερῶν οὐδὲν ἕτερον διαφερόμενοι· καὶ ἄλλος ἄλλον λόγον συββάπτοντες, τὸ νόημα σεμνῶς ἐγκαλύπτειν περιρῶνται. Οὐ μόνον δὲ περὶ τῶν ἡμερῶν διαφωνοῦσι ποσόν, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιῶ τῶν ἑβδομάτων, καὶ τῇ προσαγωγῇ τε καὶ ἀποχῇ πολλῶν διεστίχασιν· οἱ μὲν γὰρ κάμπαν ἐμφύγων οὐχ ἄπτονται· ἄλλοι δὲ καὶ ἄπτονται, ἀλλ' ἰχθύων μόνον. Εἰσὶ δὲ οἱ τῶν ἐμφύγων καὶ σὺν τοῖς ἰχθύσι καὶ τῶν πτηνῶν ἀπογεύονται, λέγοντες ἐξ ὑδάτος καὶ ταῦτα ἐσχηκέναι τὴν γένεσιν, ὡς φησι Μωϋσῆς. Οἱ δὲ ὧν ἀπέχονται· ἄλλοι δὲ ἀκρόβρυα τροφὴν ἔχουσιν. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ ξηροῦ ἄρτου μόνου τροφῶν· οἱ δὲ οὐδὲ τούτου. Διάφορος δὲ καὶ ἡ ὥρα τῆς ἐστιάσεως· οἱ μὲν γὰρ ἄχρις ἐνάτης, οἱ δὲ μετὰ δύσιν ἡλίου, ἄλλοι δὲ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐσθίουσι τὴν ἑξῆς· ἄλλοι δὲ καὶ ἐπὶ τρεῖς καὶ τέσσαρας καὶ πέντε, καὶ μέχρι τῶν ἑπτὰ προΰσιν, ὡς ἐκάστη δύναμις τε καὶ βούλησις. Καὶ ἄλλα παρ' ἄλλοις γίνεσι καὶ φύλοισ· ἐν οἷς καὶ μυρίαί αἰτεῖαι τῶν τοιούτων εἰσὶν· ἐπ' οἷς ἅπασιν οὐδὲν τι ἐγγραφον παράγγελμα δεῖξαι τις ἔχει. Ὡς δὴλον εἶναι, ὡς τὰ ἐκάστη δεικνύουσα προέψαν οἱ ἀπ' ἀρχῆς διηρέται τοῦ Λόγου· ἐν ἑξῆς ἑκάστη, μὴ φόβῳ μὴδ' ἀνάγκῃ τινὶ τὸ ἀγαθὸν αἰρεῖσθαι. Ἀλλὰ περὶ μὲν νηστειῶν τοῦ Πάσχα καὶ τῆς τροφῆς τοσαῦται διαφωναίαι τὸ ἐξ ἀρχῆς κατὰ τὰς ἐκκλησίας ἦσαν. Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ συνάξεων ἄλλα πλεῖστα καὶ ἀδιάφορα ἔστιν εὐρεῖν· τῶν γὰρ ἀπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκκλησιῶν ἐν ταῖς τῶν Σαββάτων ἡμέραις ἐξ ἑθῶν· ἔχουσιν καὶ ἑβδομάδος περιτροπὴν τὰ θεῖα μυστήρια ἐκτελεῖν, Ῥωμαῖοι τε καὶ Ἀλεξανδρεῖς καὶ ἕσοι τὴν ἠθιοπία περιαικούσι συνάξεις μὲν κατὰ Σάββατον ἐπιτελοῦσιν· οὐ μὴν ὡς περὶ τὴν ἑθὸς τότε πᾶσι Χριστιανοῖς, καὶ τῶν θεῶν ἀρισμάτων μετέχον. Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἱκανῶς εὐωχῆ-

nionis essent, easdem traditiones in ecclesiis servarunt. Et qui eandem colebant fidem, sæpe consuetudinum observatione inter se variarunt. Neque id veræ pietati detrimento fuit. Porro cum ad hunc locum pervenerimus, æquum visum est, pauca quædam de diversis ecclesiarum moribus commemorare : qui antea quidem sic varie obtinuerunt, nunc autem per gratiam Dei cum tempore mutati, ad consentientem concordiam apud omnes pervenerunt. Et primum de observatione Paschalis festi dicendum. Quæ enim eas præcedunt ferias jejunia, varie apud quosque ab initio servata comperimus. Romani namque tres continuas hebdomadas, Sabbatis et Dominicis diebus exceptis, jejunarunt. Illyrici autem, et cuncta Græcia, præterea Alexandria et Libya omnis, Ægyptus et Palæstina, sex hebdomadibus ante festum Paschæ jejunium continuarunt, Quadragesimam tempus id nominantes. Alii rursus ante septem hebdomades jejunare inceperunt : sicuti Constantinopoli, et circumcirca ad Phœniciam usque, 295 tribus tantum hebdomadibus quinos dies ex intervallo (1), binis septimanis intermissis, a cibis se abstinentes, itidem Quadragesimam tempus tale vocarunt : Montanistæ vero duabus. Quos mihi demirari in mentem venit, quomodo omnes isti in dierum numero sic variantes, Quadragesimam tamen jejunii tempus vocent. Quamvis alii aliam rationem texentes, nomini ei honestum prætextum obtendant. Non solum vero de dierum numero, verum etiam de cibis ipsis, de aditu ad sacra mysteria, et abstinentia, multum inter se dissident. Quidam enim animata prorsus non attingunt : alii autem attingunt, sed pisces solos. Sunt qui animalia quoque cum piscibus volatilia degustant : ex aquis ea quoque progenita esse, ut Moses inquit, dicentes. Nonnulli ab ovis et nucibus sive baccis abstinent. Nonnulli vero arborum fructibus vescuntur. Quidam panem siccum tantum comedunt : quidam vero ne hunc quidem attingunt. Diversum etiam est cibi capiendi tempus. Aliqui namque hora nona, aliqui post occasum solum, quidam post diem unam sequenti die cibum capiunt : nonnulli vero ad tres, ad quatuor, ad quinque, et ad septem usque dies dapibus abstinentes procedunt : pro eo atque quisque cibo carere vel vult, vel potest. Et alia apud alias gentes et populos fiunt, apud quos rerum talium innumeræ exstant causæ : de quibus omnibus nullum præceptum, quod in scriptum relatum sit, ostendi potest. Ut satis constet, primos illos verbi ministros, ab initio observationes ejusmodi arbitrio quorumque reliquisse, ut quisque non metu aut necessitate quapiam adductus, quod bonum est, deligere et sequi possent. Porro in jejuniis serias Paschales præcedentibus, et in jejunantium cibis, a principio in ecclesiis hujusmodi diversitas fuit, Verum in Synaxi pluri-

(1) Τρεῖς μόνας πενθήμερους ἐκ διαλειμμάτων νηστεύοντες. Suerat.

mam varietatem fuisse invenimus. Cum enim ple-
 ræque omnes per orbem ecclesiæ diebus Sabbati
 consuetudinem haberent hebdomadis unius tem-
 pore divinis mysteriis operari. Romani et Alexan-
 drini ex antiqua quadam traditione hoc non facie-
 bant. Ægyptiï vero Alexandrinis vicini, et qui
 circum Thebaidem habitant, synaxes quidem die
 Sabbati peragebant : sed non eadem, quæ tum
 Christiani utebantur consuetudine, divinam san-
 ctificationem percipiebant. Verum **296** cum
 abunde convivati essent, et omnis generis cibis
 delicatius se replevissent, a prandio scilicet, circi-
 ter vesperam multam, mysteria oblatione peracta
 percipiebant. Quarta hebdomadis die, et ea quæ
 Parasceve dicitur, Alexandrini Scripturas legebant,
 doctoribus eas interpretantibus : omniaque quæ
 ad Synaxim pertinent, peragebant, præter di-
 vinorum mysteriorum perceptionem. Atque eam
 illi antiquitus habuere consuetudinem. Dicunt
 etenim, et Origenem plurimum diebus istis in ec-
 clesia docuisse, atque synaxes seu conventus egisse.
 Qui cum sapientia et doctrina multis præstaret, et
 perspectrum haberet, infirmiore esse Mosaicam
 legem, quam ut nullo modo ad litteram reddi at-
 que exprimi posset, rationem festi Paschæ ad specu-
 lativam contemplationem revocavit, unum solum
 esse verum Pascha dicens, quod Christus peregit,
 præclare adversus hostiles potestates re gesta, cum
 in crucem suffigeretur, longe optime eo contra
 adversarium usus tropæo. In eadem Alexandria,
 in lectorum et notariorum ordine discrimen nul-
 lum fuit, sive illi jam fideles, sive catechumeni,
 hoc est, qui sacra doctrina instituerentur, essent,
 cum ecclesiæ in locis omnibus aliæ fideles tantum
 in ordinem hunc legerent. In Thessalia et hoc fa-
 ctitatum esse liquet. Licebat clerico cuivis, prius-
 quam in ordinem eum cooptaretur, legitime uxorem
 ducere : at si postea, ut consuetudine receptum
 est, uxorem cognovisset, ordine eo movebatur :
 cum in Oriente omnes, atque etiam episcopi, si
 vellent, pro arbitrio suo, non aliqua legis neces-
 sitate coacti, uxorum congressum declinarent :
 multi etiam ipso episcopali munere fungentes, in
 episcopalibus ædibus liberos multos ex conjugibus,
 quas sibi legitimo matrimonio antea conjunxissent,
 susciperent. Nunc autem vel etiam in somnis epis-
 copus cum uxore sua concumbens, impudicus
 habetur. Sed enim consuetudo ea quæ in Thessa-
 lia servatur, ab Heliodoro (1) illo Tricensi episcopo
 ortum habuit : cujus amatorii libelli hoc quoque
 tempore circumferuntur, quæ adhuc juvenis com-
 posuit, et Æthiopica inscripsit. Nunc autem ea
 Charicleam nominant. Quo nomine etiam episco-
 patus ei adeptus est : nam cum lectione eorum
 opusculorum juvenes multi in periculum conjice-
 rentur, synodus provincialis statuit, **297** vel li-
 bellos ipsos qui amores accenderent, igni consum-

Α θῆναι καὶ παντοίοις ἐνθουθῆναι εἰδέσµασι, ἡροση-
 κίτες ἤδη, περὶ βαθεῖαν ἐσπέραν τὰ µυστήρια
 προσφέροντες µεταλάµβανον. Καὶ ἐν Τετράδι καὶ
 ἡ Παρασκευῆ λέγεται, Ἄλεξανδρεῖς Γραφάς τε ἀνε-
 γίνωσκον, τῶν διδασκάλων ταύτας ἐρµηνεύοντων
 καὶ πάντα τὰ τῆς συνάξεως ἔπραττον, πλὴν τῆς
 θείας τῶν µυστηρίων µυσήσεως. Ἐξ ἀρχαίου δὲ τοῦτ'
 ἦν ἔθος Ἀλεξανδρεῦσι. Φασὶ καὶ γὰρ Ὀριγένην ἐν
 ταύταις µόναις τὰς συνάξεις ποιεῖν ἐπ' ἐκκλησία·
 δς σοφία καὶ διδασκαλία τῶν πολλῶν διαφέρων, συνι-
 δῶν τε ὡς τὸ ἀδύνατον τοῦ Μωσαϊκοῦ νόµου ἀσθενεῖ
 πρὸς τὸ γράµµα ἀπεδοθῆναι τὸν περὶ τοῦ Πάσχα
 λόγον, εἰς θεωρίαν ἀνήγαγεν, ἐν µόνον φάσκων
 ἀληθὲς γενέσθαι Πάσχα, ὅπερ Χριστὸς ἐπέτελεσεν
 ἐνεργήσας κατὰ τῶν ἀντικειµένων δυνάµειν, ἀναρ-
 τηθεὶς τῷ σταυρῷ ᾧ δὴ ἀρίστῳ τροπαίῳ κατὰ τοῦ
 ἀντιπάλου ἐχρήσατο. Ἐγ δὲ τῇ αὐτῇ Ἀλεξανδρεῖς
 τὸ τῶν ἀναγνωστῶν καὶ συµβολαιογράφων τάγµα
 ἐν ἀδιαφόρῳ ἐστίν, εἴτε πιστοὶ εἰσιν, εἴτε καὶ κατη-
 χούµενοι. τῶν ἀπανταχοῦ ἄλλων ἐκκλησιῶν πιστοῦς
 εἰς τὸ τάγµα τοῦτο προεβληµένων. Ἐν δὲ τῇ Θετ-
 τάλῳ καὶ τοῦτο γενέσθαι φασὶ. Κληρικὸς γὰρ ἐκεῖσε
 ἀνὴρ, πρὶν ἢ γένηται τοῦτο, νόµῳ γυναῖκα ἡγάγετο.
 Τὴν δὲ γυναῖκα, ὡς ἔθος, γνοῦς, ἀπόκληρος ἦν, τῶν
 ἀνὰ τὴν ἑω πάντων γνώµη ἀπεχοµένων καὶ τῶν
 ἐπισκόπων, εἰ καὶ βούλοιντο, οὐ µὴν ἀνάγκη νόµου
 τοῦτο ποιοῦντων. Πολλοὶ γὰρ αὐτῶν τῷ ἐπισκοπικῷ
 ἱερατεῦσιν καὶ πολλοὺς ἐν τοῖς ἐπισκοπεῖσι παῖδας
 ἀπέτεκον ἐκ τῶν γαµετῶν αἱ νοµίµως ἡγάγοντο
 πρότερον. Νῦν δὲ οὐδ' ἐν δαείρῳ ἐπίσκοπος γυναῖκα
 συγκαθευδῆσας ἀκόλατος. Ἄλλὰ τοῦ µὲν ἐν Θεσσα-
 λίᾳ ἔθους προκατῆρξεν Ἡλιόδωρος ἐκεῖνος, Τρίκις
 ἐπίσκοπος· οὐ πονήµατα ἐρωτικά ἐστὶ νῦν περι-
 φέρεται, ἀ νέος ὢν συνετάξατο, *Αἰθιοπικὰ* προση-
 γορεύσα· αὐτὰ, νῦν δὲ καλοῦσι ταῦτα *Χαρικλειαν*
 δι' αὐτὴν καὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἀφῆρηθη· ἐπειδὴ γὰρ πολ-
 λοῖς τῶν νέων κινδυνεύειν ἐκεῖθεν ἐπέη, ἡ ἐγγύριος
 προσέτατε σύνοδος ἡ τὰς βίβλους ἀφανίζεσθαι, καὶ
 πυρὶ δαπανᾶν, ὑπαναποτίσας τὸν ἔρωτα, ἢ µὴ χρῆ-
 ναι ἱερᾶσθαι τοιαῦτα συνθέµενον· τὸν δὲ µᾶλλον
 ἐλέσθαι τὴν ἱερωσύνην λιπεῖν, ἢ ἐκ μέσου τιθεῖναι
 τὸ σύγγραµµα. Ὅ καὶ ἐγένετο. Διειτηρεῖτο δὲ τὸ
 ἔθος τοῦτο ἐν τε Θεσσαλονίκῃ, αὐτῇ τε πάσῃ Μικ-
 δονίᾳ καὶ Ἑλλάδι. Καὶ ἄλλο δὲ ἔθος ἐν Θεσσαλίᾳ
 ἦν· κατὰ γὰρ τὰς ἡµέρας τοῦ Πάσχα µόνον ἐβάπτι-
 ζον· διὰ καὶ πολλοὶ ἐντεῦθεν ἀµύητοι ἔθνησκον. Ἐν
 δὲ τῇ κατ' Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας τὰ θυσιαστήρια
 τὴν θέσιν τοῖς ἄλλοις ἀντιστρόφως εἶχον· οὐ γὰρ
 πρὸς ἑω, ἀλλὰ πρὸς δύσιν ἑώρα τὸ θυσιαστήριον.
 Ἐν γε µὴν Αἰλίᾳ καὶ Θεσσαλίᾳ καὶ Ἑλλάδι τὰς ἐν
 ταῖς λυχνόκαταις εὐχὰς ἐπίσης τοῖς ἐν Κωνσταντι-
 νουπόλει Ναυατιατοῖς ἐποίουν. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν
 Κύπρῳ καὶ Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας ἐν ἡμέρᾳ
 Σαββάτου τε καὶ Κυριακῆς περὶ ἐσπέραν μετὰ τὴν
 λυχνάψιν οἱ τε ἐπίσκοποι καὶ οἱ κρησβύτεροι τὰς
 ἐπὶ βρᾶς Γραφάς· τῷ λαῷ ἐρµηνεύουσιν. Οἱ δ' ἐν Ἑλλη-
 σπόντῳ τὰ Ναυάτου φρονούντες οὐ τὰς εὐχὰς ἐπίσης

(1) Hunc Heliodorum non dilutæ auctoritatis scriptorem esse scripsit Angelus Polit. *Miscellan-*
 cap. 5.

εἰσάπαν ἐπιλοῦν τοῖς ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ ἴσα ἄρτοσ ἀβολένδος, vel qui eos composuisset auctori functionem episcopalem abrogandam esse. Ille vero episcopatum deponere, quam scripta sua suppressione in maluit. Hæc autem consuetudo Thessalonica, atque in Macedonia, et Græcia omni, servata est. Alius item in Thessalia mos fuit, ut Paschalibus tantum diebus baptismus perageretur : quapropter multi etiam eo sacramento non initiati decederent. In urbe Antiochena, quæ in Syria est, altaria (1) diversum prorsus quam alibi situm habuere. Sacra enim ara non ad Orientem, sed ad Occidentem versus collocata fuerat. Hierosolymis, et in Thessalia, atque etiam in Græcia, consuetudo fuit, ut preces in pervigiliis ad lucernas accensas eodem quo Novatiani, Constantinopoli, modo peragerent. Consimiliter in Cypro et Cæsariæ Cappadocum, in Sabbato, et Dominico die vesperi, post lucernarum accensionem, episcopi et presbyteri sacras Scripturas populo exponunt. Novatiani autem, qui in Hellesponto sunt, non eumdem orationis ritum, quem factionis eorum populares Constantinopoli, servant, cæremonias obtinentis ibi Ecclesiæ catholice plurimum sequentes. Et ut in summa dicam, in opinionibus et sectis omnibus, haudquaquam in precationibus unum aut alterum consentientem ritum servatum esse, invenire est. Scythæ qui ad Istrum colunt, multas et magnas habent civitates, et omnes uni subjectæ sunt episcopo. In aliis autem populis, non solum in urbibus, verum etiam in quibusque vicis, episcopos esse scimus. Quæ consuetudo apud Arabes potissimum, et Cyprios, et in Phrygia apud Novatianos, atque apud eos qui a Montano deducti sunt, fuit. Romæ ad hodiernum usque diem non plures quam septem diaconi sunt, ad eorum instar qui ab apostolis creati sunt, quibus Stephanus ille præfuit, qui primus martyrii reportavit coronam. Apud alios populos omnes, quem sors tulit, eorum numerus est. In Romana urbe itidem quotannis semel Alleluia, paschali Dominico die concinunt. Proinde (2) a multis iurejurando concipiendo, votisque nuncupandis, usurpatum est, ut eis Alleluia audire, et cum lætitia canere daretur. **298** Neque episcopus, neque alius quisquam in ecclesia Romæ ad populum docens verba facit. Alexandriae autem solus hoc munere fungitur episcopus : quod quidem postea, cum antea mos is non fuerit, est observatum. Causam consuetudini novæ præbuit Arius, qui quod presbyter esset, et docendi provinciam accepisset, contra veritatis doctrinam res novas inducens, Ecclesiam turbavit. In eadem Alexandrina ecclesia, quod in locis aliis omnibus novum atque insolens est, olim obtinuisse scio. Episcopus namque cum sacra Evangelia legerentur, non assurgebat. Id vero in ulla plane ecclesia antiquitus factum esse, nemo vel vidit, vel audivit. Sacrum eum librum ibi solus legit archidiaconus : in aliis autem ecclesiis

(1) Et ipsa quoque ecclesia. Socr.

(2) Sozom. lib. vii, cap. 19.

diaconi, in multis vero aliis soli sacerdotes, in nonnullis quoque diebus celebrioribus etiam episcopi. Id quod hodie quoque Constantinopoli fit, et maxime Paschaliū feriarum die prima, et primo anni ipsius ingressu. Atque ea lectio dupliciter fit. Quantum namque evangelici scripti prior ille recitat, tantum postea quoque diaconus repetit scilicet, sicuti ego existimo, ut episcopus etiam Evangelium, et non tantum qui ministerium illi sortiti sunt, prædicare videatur. Et fortasse etiam, ut id cœlitus fulminis more intonans audientes, sincere absque simulatione et depravatione omni annuntiemus. Episcopus vero etiam primum testamenti Evangelium legit, veluti perfectam personam Christi referens. Porro preces itidem et psalmodias, sicuti dictum est, non easdem ecclesie omnes habent, sed neque libros aut lectiones easdem. Nam eam quæ dicitur Petri Apocalypsim, ut subditiam et illegitimam a veteribus iudicatum, apud Palestinos in ecclesiis quibusdam semel quotannis in die Parasceves aliquandiu legi solitam fuisse invenimus: qua die populus magna cum religione et contritione salutiferæ passionis Christi memoriæ ergo jejunit. Rursum eam quæ Pauli apostoli dicta est Apocalypsim, quam ex priscis hominibus nemo vidit, monachi plures cum veneratione admirantur. Fama quidem increbuit, hoc ipso imperantis Theodosii tempore, revelatione divina reperit esse librum eum, in patria, **299** paternaque domo Pauli Tarsi Ciliciæ, in arca

marmorea repositum, et in terra defossam (1). Quod sane falsum esse, presbyter quidam ecclesiæ Tarsensis grandævus admodum (nam id canities testabatur) confessus est: nihil enim ejusmodi suo tempore evenisse confirmavit. Quod cum asseveraret, admiratus est, si non ab hæreticis fama ea conflictata esset. Id quod in multis etiam aliis libris factum esse, antea diximus. Romanis mos est, Sabbato (2) quovis jejunare. Casareæ Cappadocum, qui post baptismum peccassent, eos a communione arcebant: quod itidem Novatiani faciunt. Idem Macedoniani quoque in Hellesponto, et item Quartodecimani in Asia observare. Novatiani in Phrygia digamos, et eos qui ad secundas nuptias transiissent, non recipiunt. Qui vero Constantinopoli sunt eorum populares, propalam eos neque admittunt, neque rejiciunt. In Occidente autem id liberum est prorsus. Sed enim dissensiones tales in ecclesiis invaluisse opinor, reverentia eorum qui eis ab initio præfuerunt, et qui illis deinde successerunt. Nam ii tanquam leges quasdam ab illis acceptas, per manus posteris tradidere: non satis pium, neque ferendum esse arbitrati, si traditiones, in quibus educati essent, non honorifice colerent, sed contemptum rejicerent. At mihi valde laboriosum et difficile esset, variantes per urbes et regiones omnes ecclesiarum consuetudines enumerare et perscribere. Fere enim fieri id omnino nequit. Eandem autem priscos homines existimandum est obtinuisse de festo hoc die, cujus gratia in hunc locum digressi sumus, opinionem: quod scilicet ex consuetudine quadam diversum habuit festum Paschæ cultum.

(1) Sozom. lib. vii, cap. 19.

(2) Consulit Ambrosium hominem Dei Augustinus adhuc catechumenus, utrum secundum morem suæ civitatis mater ejus Sabbato jejunare, an Mediolanensis Ecclesiæ more prætere debere. At ille, *Quid possum, inquit, hic docere amplius quam ipse facio? Quando luc sum, non jejuno Sabbato;*

πολλοὶ τῶν μοναχῶν ἀγασθαι λόγος γε μὴν εἶχεν ἐπὶ τῆς Θεοδοσίου βασιλείας τὴν βίβλον ταύτην θεῖαν τινὶ ἐπιφανείᾳ ὁρθῆναι ἀνὰ τὴν πατρίδα, καὶ οἰκίαν Παύλου ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, μαρμαρίνην λάρνακα χρυσομένην εἰς γῆν ἐν ἣ τὴν βίβλον κεῖσθαι ὁ δὴ, ψεῦδος εἶναι Κιλίξ ἀνὴρ πρεσβύτερος ὁμολόγει τῆς ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίας. Ὅτι δὲ πολλῶν ἐτῶν ἦν, ἐμήνυε καὶ ἡ πολιὰ. Διεμαρτύρητο δὲ μὴδὲν τοιοῦτον ἐπ' αὐτοῦ συμβῆναι· θαυμάζων δὲ διετίετο, εἰ μὴ ταῦτα πρὸς αἰρετικῶν ἀνεπλάσθη· ὡς καὶ ἐν ἱλλίαις πολλαῖς τῶν βίβλων ἐγένετο, περὶ ὧν καὶ πρότερον διελάβομεν. Ῥωμαῖοι· ἔθος κατὰ πᾶν Σιβηριανὸν κληθεῖν. Ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας τοὺς ἡμαρτηκότας μετὰ τὸ βάπτισμα τῆς κοινῆς ἐξώθουν, ὡς καὶ Ναυατιανοὶ ποιοῦσι. Τὰ ἴσα δὲ καὶ ἐν Ἑλλησπόντῳ Ναυατιανοὶ διεπράττοντο, καὶ οἱ ἐν Ἀσίᾳ Τεσσαρεσκαίδεκαίτηται. Οἱ περὶ Φρυγίαν Ναυατιανοὶ τοὺς διγάμους οὐ δέχονται. Οἱ δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει οὔτε φανερώς δέχονται, οὔτε φανερώς ἐκβάλλουσιν, ἀνὰ δὲ τὴν ἑσπέραν ἀδεῶς τοῦτο πράττειται. Τὰς δὲ τοιαύτας διαφωνίας ταῖς ἐκκλησίαις γενέσθαι ὁμοίαι αἰδοὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς προσώπων ἐν ταύταις, καὶ τῶν ἐκείνους διαδεξομένων. Οὐ γὰρ τινα νόμον παραλαβόντες, τοῖς ἐπιγενομένοις παρέπεμψαν, οὐχ ὄσιον λογισάμενοι, οὐδὲ ἀνεκτὸν, οἱ τοῦτοις ἐντραφέντες, ἀγέραςτον καταλιπεῖν τὴν παράδοσιν. Ἐργῶδες δ' ἔμοιγε καὶ δυσπεσιχείρητον πάντα τὰ κατὰ πόλεις καὶ χώρας ἔθῃ διάφορα τῶν ἐκκλησιῶν ἀριθμεῖσθαι καὶ γραφῇ διδόναι· σθεδὸν δὲ καὶ ἀδύνατον. Ἐπίσης δὲ νομιστέον πεπονημένοι καὶ τοὺς ἀρχαίους ἀνδρας καὶ περὶ ταύτην τὴν ἑσπέρην, ἧς ἕνεκα εἰς τοὺς περὶ τούτων ἐξήχθημεν λόγους· ὡς ἐκ τινος συνηθείας· διάφορον ἔσχε τὸ Πάσχα τιμῆν. Νῦν δὲ Θεοῦ χάριτι τῶν ἐν μέσῳ πάντων τῶν χρόνων διαλυθέντων, σύμφωνος παρὰ πᾶσιν ἡ τοῦ Πάσχα ἑσπέρη ταῖς ἐκκλησίαις Χριστοῦ ἐπιγίνεται· καὶ τοίνυν ἐσφάλλαι μοι δοκοῦσιν οἱ διαβρολλήσαντες τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν παρατρέψαι τὸ Πάσχα. Ἢ γὰρ σύνοδος σύμφωνον καταστήσαι μᾶλλον ἐσπούδασε τὸν λαόν, διαφωνοῦντα τὸ πρότερον πρὸς τοὺς πλείονας.

quando Romæ sum, jejuno Sabbato. Et ad quamcunque ecclesiam veneritis, inquit, ejus morem servate, si pñti scandalum non vultis, aut facere: custodita scilicet eorum inter quos vivimus in his rebus inoffensa societate, et cavendo, ne tempestate contentioſis serenitatis charitatis obnubilatur. Aug. epist. 86.

Nunc vero divina suppeditante gratia, impedimentis et dissensionibus omnibus temporis cursu sublati, concordibus sententiis apud omnes in ecclesiis Christi festus dies Paschæ celebratur. Errare autem illi, quemadmodum prius quoque dixi, mihi videntur, quorum sermonibus increbuit, Nicænsis fidem Paschæ ferias in errorem et varietatem ejusmodi adduxisse. Nam synodus eam operam potius navavit, ut populus qui antea a parte majore dissentiebat, ad unanimem concordiam pertraheretur.

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ΄.

Ὅτι ἐξ ἀρχαίου ἀπὸ τῶν ἀποστολικῶν χρόνων διαφωνίαι τινὲς καὶ παρατηρήσεις ἦσαν τοῖς δὲ οὐ τοσοῦτον ἐμελλε τούτων· ἀλλὰ τὰναγκύϊα καὶ συστατικὰ τῆς πίστεως φυλάττειν μάλλον ἐκέλευον.

Ὅτι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστολικῶν χρόνων πολλὰ διαφωνίαι διὰ τινὰς παρατηρήσεις ἐγένοντο, αὐτοὺς ἰκείνους παρέξομαι μάρτυρας. Ἰστορεῖ γὰρ ὁ θεὸς Λουκᾶς τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων· Ἐπεὶ οἱ ἀποστολοὶ ἔγνωσαν διαφωνίαν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν γινομένην τοῖς πιστεύουσιν, ὁμοῦ συναχθέντες ἅπαντες ἐθρόσκισον ἐν εἰδῆ ἐπιστολῆς δι' ἧς τοὺς τε πιστοὺς τῆς μοχθηρᾶς τοῦ νόμου δουλείας ἠλευθέρουν, καὶ τῆς περιτετῆς ἐν τούτῳ ἐρροσχελλίας ἐπέσχοι· τύπον δ' ἀσφαλῆ τῆς ὀρθῆς πολιτείας καὶ πρὸς θεοσέβειαν ἄγουσαν ἐκδιδάσκουσι· ὅσα μὲντοι ἀναγκαῖα φυλάττειν, διαφρήδην κηρύττοντες. Ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὴν ἐκείνην αὐτῶν τὴν ἐπιστολὴν δι' εἰδήσιν τῆ συγγραφῆ καταλίξαι οὐκ ἀκαιρον ἤγημαι. Ἐ Οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοί, τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν χαίρειν. Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξελθόντες ἐξ ἡμῶν, ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις ἀνασκεινδύζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, λέγοντες περιτέμνεσθαι, καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, οἱ οὐ διεστείλαμεθα, ἔδοξεν ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδόν, ἐκλεξαμένους ἀνδρας πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ὑμῶν Βαρνάβῳ τε καὶ Παύλῳ ἀνθρώποις παραδεδομένοι τὴν ψυχὴν αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀποστάλακαμεν οὖν Ἰούδαν καὶ Ἑλλάαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λόγον ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. Ἐδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος πλὴν τῶν ἐπιτάγμων τούτων· ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος, καὶ τῆς πορνείας καὶ τοῦ πικτικοῦ· ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε. Ἐβρωσθε. Ταῦτα ἔδοξε τῷ θεῷ· τοῦτο γὰρ, ψῆσιν ἡ ἐπιστολῆ· Ἐδοξε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, μηδὲν ἄλλο ἐπιτίθεσθαι βάρος πλὴν τῶν ἐξ ἀνάγκης ἐφειλότων φυλάττεσθαι. Τινὲς δὲ τούτων ἀμελήσαντες, πᾶσαν μὲν πορνείαν παρ' οὐδὲν λογιζονται· περὶ δὲ ἡμερῶν τε καὶ ἑορτῶν καὶ περὶ διαίτης, ὡσάντι περὶ ψυχῆς ἀγωνίζονται· εἰς τὸναντίον τὰς τοῦ Θεοῦ παραγγελίας τιθέμενοι, καὶ νόμοις ἑαυτοῖς γινόμενοι· ὡσπερ ἑαυτοὺς λανθάνειν σπουδάζοντες, ὅτι θεῷ τοῖς νομοθετηθεῖσι τάναντία μάλιστα διαπράττονται. Ἐν ἡμῖν οὖν καὶ ἐτι τὸν περὶ τοῦ Πάσχα λόγον ἐκτελεῖν, καὶ ἀριδύτως δεῖξαι, ὡς οὐδ' Ἑβραίοις τὸ ἀκριβὲς περὶ τούτου διαπεφύλακται· ἀλλ' οὐδὲ τὸν τύπον, ὡς

A 300 CAPUT XXXV.

Quod antiquitus et ab ipsis apostolorum temporibus dissensiones quædam et variæ observationes in cærimonius fuerint : et quod cæremoniæ veteribus non tantopere curæ fuerint, sed necessariam tantum et fidem promoventiam constanter servare jusserint.

Enimvero quod ab apostolorum usque temporibus multæ dissensiones propter observationes quasdam fuerint, illos ipsos producam testes. Scribit namque divus Lucas in Actorum libro : Cum apostoli dissidium intercessisse eis qui ex gentibus fidem complexi fuerant, et fidelibus Judæis, cognovissent, congregati simul omnes, constitutionem factam in epistolæ formam redegérunt, per quam fideles a gravi legis servitute liberarunt, et supervacanea ea de re nugamenta inhibuerunt. Certam autem rectioris et ad veram erga Deum pietatem ducentis vitæ formam proposuerunt, quæ necessario observanda sint, disertis verbis prædicantes. Non intempestivum vero esse duxi, ut eam ipsam illorum epistolam, evidentioris cognitionis gratia, in historia hac referrem. Apostoli et seniores et fratres, his qui Antiochiæ et in Syria et Cilicia ex gentibus sunt fratribus, salutem. Quoniam audivimus, quod quidam ex nobis exeuntes, vos turbarint, verbis labefactantes animas vestras, dicendo circumcidi vos et legem servari debere, quibus id non mandavimus : placuit nobis collectis in unum, eligere viros, et ad vos mittere, cum charissimis nostris Barnaba et

C Paulo : hominibus, qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi. Misimus ergo Judam et Silam, qui et ipsi vobis eadem verbis referrent. Visum est enim Spiritui sancto, et nobis, nihil amplius vobis imponere oneris, præterquam hæc necessaria, ut vos abstinere ab his quæ simulacris immolata sunt, et a sanguine, et suffocato, et fornicatione : a quibus vobis caventes, recte rem ageitis. Valet¹. Hæc Deo placita sunt. Hoc enim inquit epistola : Placuit Spiritui sancto, nihil aliud oneris imponere, præterquam quæ necessario servata oportet.

D 301 At quidam hæc nihil curantes, omnem quidem fornicationem pro nihilo habent : de diebus autem, et feriis, et institutis, perinde atque de anima ipsa decertant : Dei mandata invertentes, et sibi ipsis leges ferentes : haud secus atque si studiosè hoc agerent, ut contrarias maxime adversus decreta Dei res agitanes, latero possint. Et potuissemus nos orationem hanc de festo Paschæ magis dilatare, et clare satis ostendere, quod ne Hebræi quidem certo id et accurate servent : neque typum seu figuram ejus, sicuti eis tradita est,

¹ Act. xv, 6, 7-29.

colant : præterea quod Samaritani, qui ab eis sunt disjuncti, certissime post æquinoctium semper ferias hasce celebrent. Verum suo seorsim ad rem hanc fusius explicandam tempore est opus. Illud porro potius nunc dicendum venit : qui Judæos sibi imitandos, et exactam typi et figuræ rationem exhibendam proposuerunt, eos modis omnibus illos sequi debere. Si namque accuratam observationem inquirere volunt, non illi dies tantum observare debent, sed et alia quæcunque Christus, cum sub lege esset, Judaico more fecit, aut a popularibus et tribulibus suis injuria affectus pertulit, aut alio etiam modo omnibus benigne faciens, per figuram agere perseveravit. Siquidem navim ille sæpius ingressus, doctrinam promulgavit : et in cœnaculo Pascha primum parari curavit, et ante id asinam ligatam solvi jussit : et hominem aquam in vase fictili gestantem, eis qui Pascha parare deproperabant, signum proposuit : et multa alia, quæ varie in divinis Evangeliiis feruntur. Quæ sane omnia corporaliter observare non student, qui ferias hasce rite celebrari debere æquum esse putant. Quis enim ex doctoribus unquam juxta typum et figuram in navigio docere cepit? Neque in cœnaculo seu superiori parte domus, ut ante omnia Pascha celebrans quisquam perageret, studio habuit. Sed neque ante id asinam ligatam solvi mandavit, neque adeo quemquam aliquis vas fictile in humeris ferre jussit, ut ne quod symbolum et signum Paschæ desideraretur. Fortuita namque hæc sunt, et Judaismum potius referre existimantur. Siquidem et Judæi ea quæ sic in corporibus accidunt, majore studio, quam si animabus eveniant, observare contendunt. **302** Proinde etiam execrationi obnoxii sunt, ut qui Mosæ legem veluti typum et figuram magis quam veritatem excipiunt. Et qui illorum res admirantur et amant, talia ad sensus speculationesque arcanas et sublimes revocant. De diebus certe quidem et mensibus irreconciliabile Ecclesiæ concitant bellum, contemplationem remotiorem de eis posthabentes. Itaque necessario consequitur, et ipsos hac in parte eandem cum Judæis sustinere sententiam et condemnationem, in seipsos maledictionis calculum ferentes. Sed de his satis, ut puto, diximus. Quapropter ad institutum cursum orationem rursus convertamus. Diximus namque, Ecclesiam, cum primum factionibus esset divisa, in eo rerum statu non permansisse : verum eos deinde, qui secessionem fecissent, parva aliqua arrepta occasione, a suis descivisse, et in sectas alias abiisse. Cæterum alii aliter divisi sunt. Novatiani autem per occasionem et prætextum Paschalis festi in partes discessere. Neque illi in una partium secessione constiterunt : sed etiam de diebus et hebdomadibus, aliisque non magni momenti rebus disceptantes, in sectas alias sunt dissecti : qui quidem alicubi segregati, seorsim conventus egere, alibi autem communiter simul convenire soliti fuere.

A αὐτοῖς παρεδόθη, φυλάττουσιν. Ἔτι δὲ, ὡς καὶ Σαμαρεῖς σχίσμα τούτων ὄντας τὸ ἀκριβέστατον, αἰμετ' ἰσημερίαν τὴν ἑορτὴν ταύτην ἐπιτελοῦσιν· ἀλλ' ἰδιόζοντος δεῖται καιροῦ τὸ περὶ τούτων διεξιέναι πλατύτερον. Ἐκεῖνο δ' ἄμεινον μᾶλλον ἔρεῖν, ὅτι οἱ Ἰουδαῖοις ἔπεσθαι ἡρημένοι, καὶ περὶ τοῦ τύπου τὴν ἀκριβείαν ἐνδεικνύμενοι, καὶ κατὰ πάντα τρέπον τούτοις ὀφείλουσιν ἔπεσθαι· εἰ γὰρ ὅπως ζῆτεῖν αἰροῦνται τὸ ἀκριβές, οὐχ ἡμέρας μόνον καὶ μῆνας παρατηρεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰλλα ὅσα Χριστὸς γενόμενος ὑπὸ νόμον, Ἰουδαϊκώτερον διεπράττετο, ἢ καὶ ὑπίμενον ὑπὸ τῶν συμπυλετῶν ἀδικούμενος, ἢ καὶ τρέπον ἕτερον πάντας εὖ ποιῶν, τυπικῶς διετέλει. Ἐν πλοίῳ γὰρ ἐκεῖνος· πολλὰκις εἰσιῶν, τὴν διδασκαλίαν ἔπραττε· καὶ ἐν ἀνώγειν τὸ πρῶτον Πάσχα ἠτύρεπισε· καὶ πρὸ ἐκεῖνου ὄνον δεδεμένην λυθῆναι πρόεταξε· καὶ τὸν τὸ κεράμιον τοῦ ὕδατος φέροντα σημεῖον ἐτίθει τοῖς περὶ τὸ Πάσχα σπουδάζουσι καὶ ἄλλα ἕτερα ὅσα ποικίλως τοῖς θεοῖς Εὐαγγελίῳ ἐμφέρεται. Ἄ ὃ ἡ πάντα σωματικῶς οὐδὲν παραφυλάττειν σπεύδουσιν, ὅσοι δὴ τὰ τῆς ἑορτῆς ταύτης πράττειν δίκαια εἶναι νομίζουσιν· τίς γὰρ ποτε τῶν διδασκάλων κατὰ τὸν τύπον ἐν πλοίῳ διδασκαλίας καθήρετο; Ἄλλ' οὐδ' εἰς ἀνώγειν οἴκημα πρὸ πάντων τελείσαι τις τὸ Πάσχα σπουδῆν ἐποίησατο, ἀλλ' οὐδὲ πρὸ τούτου δεδεμένην ὄνον λυθῆναι παρασκευάσατο, οὐδὲ τῷ ἐπέτρεψε τίς κεράμιον ἐπιμάδιον ἄγειν, ἐν ἀνελλιπῇ τοῦ Πάσχα εἶη τὰ σύμβολα. Τυχαῖα γὰρ ταῦτα, καὶ Ἰουδαϊκώτερα μᾶλλον ἦγθησαν. Καὶ γὰρ Ἰουδαῖοι τὰ συμβαίνοντα μᾶλλον τοῖς σώμασιν ἢ ταῖς ψυχαῖς σῶζειν σπουδάζουσιν. Ἐνθεν τοι καὶ ὑπὸ ἀράν γίνονται, ὡς τὸν Μωσῆος νόμον εἰς τύπον οὐ μὴν πρὸς ἀλήθειαν ἐκλαμβάνουσι· καὶ οἱ τὰ ἐκεῖνον φιλοῦντες τὰ τοιαῦτα ἀναγωγικῶς θεωροῦσι. Περὶ γε μὴν ἡμερῶν, καὶ μηνῶν, ἀπὸνδον τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀναβρίπτιζουσι πόλεμον, ἐν δευτέρῳ τῇ περὶ τούτων θέμενοι θεωρίαν. Λέγεται τοίνυν ἐξ ἀναγκαίου καὶ αὐτοῦ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τὴν ἴσῃν καταδίχην Ἰουδαῖοις πάσχειν, αὐτὰ ἐπ' ἐαυτοῖς τὴν τῆς κατάρας ψῆφον ἐπισπώμενοι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἀρκοῦσιν οἶμαι τὰ εἰρημένα· ἡμεῖς δὲ αὖθις ἐπὶ τὸν οἰκεῖον δρόμον τὸν λόγον ἀγάγωμεν. Ἐλέγομεν τοίνυν ὡς ἡ Ἐκκλησία πρῶτως διαιρηθεῖσα, οὐκ ἐπὶ τῆς διαιρέσεως ἔμεινε· ἀλλ' αὖθις οἱ διαιρεθέντες, σμικρὰς τινος εἰλημμένοι προφάσεως, κατ' ἀλλήλων ἐχώρουν, καὶ εἰς διαιρέσεις ἄλλας διμερίζοντο. Καὶ ἄλλοι μὲν ἄλλως διήμηνται· οἱ δὲ Ναυατιανοὶ τῇ προφάσει τοῦ Πάσχα διήμηνται· καὶ οὐκ ἐν μιᾷ διαιρέσει ἔστησαν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἡμερῶν καὶ ἑβδομάδων καὶ ἑτέρων εὐτελῶν εἰς ἕτερα τμήματα διηρέθησαν. Καὶ πῆ μὲν ἐπὶ τῆς διακρίσεως ἔμεινον, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐπεμίγνυντο.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ΄.

A

CAPUT XXXVI.

Περὶ τῆς τῶν *Ναυατιανῶν* διυδοχῆς, περὶ Ἀγέλιου, *Μαρκιανοῦ* καὶ *Σισινίου*· καὶ ὅτι ὁ *Σισίνιος* ἀστυεὶς τις καὶ ἡδὺς ἐν ταῖς συνουσίαις ἐγένετο καὶ φιλόκαλος.

De Novatianorum doctrina, de Agelio, Marciano et Sisinio; et quod Sisinius in consuetudine quot:diana urbanus, jucundus et elegans fuerit.

Εἰδέναι μέντοι χρεῶν, ὡς τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας ἐπὶ ἑτῆ τεσσαράκοντα Ἀγέλιος ἤγησάτο ἀπὸ τῶν Κωνσταντινουπόλεως ἀκρι καὶ τοῦ ἔκτου ἔτους Θεοδοσίου. Ἐπεὶ δ' ἐμελλε τελευτᾶν, εἰς τὸν ἐκείνου τόπον ἐχειροτόνει Σισίνιον, ὃς ὑπ' αὐτῷ ταττόμενος, πρεσβύτερος ἦν. Λίαν δ' ἐλλόγιμος ὢν ἀνὴρ, διδασκάλῳ μὲν Μαξίμῳ τῷ φιλοσόφῳ ἐχρήσατο· Ἰουλιανῷ δὲ σύνμα τὰ φιλόσοφα ἐκαιδέυετο. Τοῦ δὲ λαοῦ Ναυατιανῶν ἐν μέμφει τὴν τούτου ποιησαμένων χειροτονίαν, ὅτι μὴ *Μαρκιανῷ* μᾶλλον ἐπέτρεψε τὴν ἐπισκοπὴν, εὐλαβεῖ ἀδρι καὶ περιφανεῖ, δι' ὃν καὶ ἐπὶ Οὐάλεντος ἀτάραχοι διαμμενήκασιν, ὁ Ἀγέλιος τὸ τῷ λαῷ εὐδὲν θεραπεύσαι βουλόμενος, ἀφελὲς τὸν Σισίνιον, ἐπιχειροτονεῖ τούτοις τὸν *Μαρκιανόν*. Ῥῶν δ' ἐκ νόσου γενόμενος, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἴων, δι' ἑαυτοῦ ταῦτα τῷ πληθει ἀνεῖπε· *Μαρκιανόν* μὲν ἔχετε μετ' ἐμέ· μετὰ δὲ *Μαρκιανόν* τὸν Σισίνιον. Ταῦτ' εἰπὼν, μετ' ὀλίγον ἐξέλιπεν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ τοῦ *Μαρκιανοῦ* τελευτήσαντος, Σισίνιος τὴν ἐπισκοπὴν διεδέχετο· ἀνὴρ, ὡς εἴρηται, λίαν ἐλλόγιμος, εἰς ἄκρον τε φιλοσόφων καὶ τῶν ἱερῶν λόγων, τὴν ἐπιστήμην ἀκριβωσάμενος, μάλιστα δὲ τῆς διαλεκτικῆς φροντίδα ποιούμενος· ὡς καὶ εὐνόμιον τοῦτ' ἔργον ἔχοντα, πολλάκι· τὴν μετ' ἐκείνου διάλεξιν παρατεῖχισθαί. Ἐπὶ τῶν δὲ σωφρονῶν ἐβίω, ὡς ἐπὶ ταύτῃ καὶ κρείττων γενέσθαι διαβολῆς. Τὴν δὲ αἰταν δὲ οὐ λιτὸς ὢν, ἀβρῶς μᾶλλον καὶ πολυτελεῶς· περὶ ταύτην διεκείτο· ὡς καὶ τισιν οἰεσθαι μὴ σωφρονεῖν δύνασθαι τοσαύτῃ πολυτελεῖα καὶ τρυφῇ χρώμενον· καὶ μάλιστα περὶ τὴν ἐσθῆτα, καὶ τῷ ὄρι τῆς ἡμέρας ἐν δημοσίοις λουτροῖς λούεσθαι. Ἄλλως δὲ ἡδὺς ἦν τὸ ἦθος, καὶ ἐν ταῖς συνουσίαις κεχαρισμένος· διὰ τοῦτο οὐ μόνον *Ναυατιανοῖς*, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπισκόποις καὶ ἀρχαῖσι τῶν ἐν τέλει τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ἐπέραστός τις ἐδόκει. Σὺν ἀστυεὶς γὰρ χάριτι· σκώπτων ἀνεύχετο τοῦτο πάλιν πάσων· καὶ γε ἐκότερον ἀπεχθίας ὡς πορρωτέρω ἐτέλει πτωχῶν. Ἐτοιμῶς τ' εὐ μάλα πρὸς τοὺς πυνθανομένους καιρίαν δίδοναι σὺν κομψότητι τὴν ἀπόκρισιν, ὡς Σωκράτει δοκεῖ. Καὶ ποτὲ τινος ἐρομένου, « Ὅτου χάριν ἐπίσκοπος ὢν ὄρις λούοιτο τῆς ἡμέρας· Ὅτι τοι, ἔφη, οὐ τρὶς δύναμαι. » Τῶν τινος δ' ἀπὸ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ἐπισκόπου ὅτι λευκὴν ἐσθῆτα φοροῖ, ἀνοικεῖον δὲ ἐπισκόπῳ, εὐθὺς ἀντεπήγαγε· « Σοὶ δὲ μᾶλλον δεικνύειν χρεῶν, ποῦ γέγραπται ἐσθῆτα μέλαιναν χρῆναι ἀμφιένυσθαι τὸν ἐπίσκοπον. » Ἐν ἀπόρῳ δ' ἐκείνου καθεστηκότος, ἐπιφέρει παραυτίκα Σισίνιος· « Ἀλλὰ σὺ μὲν οὐκ ἂν δυναθεῖς τοῦτο δεῖξαι· ὁ δὲ Σολομῶν ἐμοὶ τοῦτο προτρέπει οὕτως· λέγων, Ἔστωσαν σοὶ τὰ ἱμάτια ἀεὶ λευκά. Ἀλλὰ μὴ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν Εὐαγγελίοις φαίνεται λευκοῖς χρώμενος ἱματίοις, παραδεικνύς

Ut triduo post Joannes Antiochenus et Theodoritus advenientes, Cyrillum et Memnonem Ephesium episcopali dignitate privarint: synodus autem ipsos id uos, rursus episcopatu abire jusserit. Ut Theodoritus contra duodecim Cyrilli capita dixerit, huicque rursus Cyrillus responderit. Ut Nestorius Oasim exsulatum ierit. Ut Joannes et Cyrillus in gratiam reducti idem senserint, et jussu imperatoris Nestorii abrogationem ratam haberint. Epistola Cyrilli, quam per Paulum Emesenum ecclesie Antiochenae scripsit.

Post latam hanc legitimam sententiam, Joannes Antiochenus cum sacerdotibus et episcopis suis duobus et viginti, triduo a Nestorii exauctoratione advenit. Et re sicuti acta fuerat cognita, Cyrillo **Β** valde succensuit, qui sic ad Nestorium exauctorandum deproperasset. Et facta a synodo discessione, consilioque cum Nestorio coacto, Cyrillo et Memnoni Ephesi episcopo, sicuti illi videbatur, dignitatem abrogavit. Cyrillus et Memnon, postquam libellos suos synodo, quæ cum eis congregata fuerat, obtulerunt (quamvis Socrates per ignorantiam aliter scripserit), Joannes una cum suis evocatus est, ut rationem de exauctorationis sententia, quam illegitime tulisset, redderet. Ubi vero ille non comparuit, post tertiam citationem, sicuti mos est, Cyrillus quidem et Memnon a sancta universali synodo, ab exauctorationis sententia præter rationem lata absoluti sunt: et qui eos exauctoraverant maxime vinculis obstringuntur. Nam **С** et a divina communione sunt exclusi, et sacerdotalis eis auctoritas omnis adempta, **515** Joanni videlicet, et qui in partibus ejus erant episcopis, in quibus etiam fuit sapiens ille Theodoritus Cyri episcopus: donec seipsos condemnantes, erratum suum profiteantur. Theodoritus sane Joannis vicem ægre ferens, in Cyrillum invectus est: confutans etiam, quæ tertiæ ad Nestorium epistolæ duodecim capita Cyrillus adjunxerat perperam ea exponendo. Quod cum non rite fecerit, Nestorio quam maxime patrocinari judicatus est. Adversus quod scriptum Theodoriti, ea quæ diximus capita Cyrillus docte tutatus est, ea pro eo atque decuit interpretando, et latentem in eis sententiam declarando. Hæc **D** omnia cum ab utraque parte ad imperatorem sunt relata, tum episcopi eidem præsto fuerunt, qui acta factionis utriusque renuntiaverunt. Imperator primum Nestorii exauctorationem ratam non habuit. Orientales enim episcopi Nestorium secum abductum in annum tertium per vim in episcopatu retinere. Quarto autem ab illius exauctoratione anno, Joannes Antiochenus judicium Dei metuens, et multos præterea prava Nestorii opinione corruptos videns, Theodosio imperatori, ut quamprimum eum ex Orientali ditione eiceret, significavit. Et imperator postquam blasphemiam illius certo cognovit, confestim Nestorium quidem Oasim deportari jussit. Ad Cyrillum autem et Joannem pie scriptas litteras dedit, ut cum inter se consen-

tirent, tum uterque latam adversus Nestorium exauctorationis sententiam confirmaret, et dissidio omni ecclesias Dei liberaret. Porro Nestorius ubi communionem, quæ sibi cum Joanne Antiocheno intercesserat, in contentionem et dissidium evasisse cognovit, pœnitentia ductus, Mariam Θεοτόκου, Dei Genitricem vocavit: Dicatur, inquit, etiam Dei Genitrix Maria, et contentiones tristes facessant. Verum nemo prorsus id eum per pœnitentiam dixisse arbitratus est. Joannes Antiochenus episcopus imperiali jussioni cedens, Paulum Emesenum episcopum Alexandriam ad Cyrillum cum libello misit, in quo germana et sincera fidei professio, necnon amicitie conciliatio, et scandalorum seu offendiculorum amolitio expressa est. Venerandus autem ille Cyrillus libello accepto, atque professione fidei ei inserta comprobata, et veteres sanctos Patres, et seipsum ita sensisse confirmavit; atque epistola ea vehementer laudata, **516** hisce verbis Joanni rescripsit: « Latentur cœli, et exultet terra. Dirutum enim est interstitium maceris: et quod mœrorem fecit, conquievit: modusque discordiæ omnis sublatus est, eo quod Servator omnium nostrum Christus, ecclesiis suis pacem conciliavit, et ad eam nos piissimi et Dei amantissimi principes vocarunt. Qui majorum pietatis æmulatores optimi, cum ipsi in statu suo certam atque immotam conservant fidam rectam, tum præcipuam de sanctis ecclesiis gerunt curam, ut simul et præclaram in ævum gloriam habeant, et quam celeberrimam imperii sui administrationem reddant. Quibus etiam ipse virtutum Dominus manu liberali bona tribuit: simulque dat, ut et adversariis imperent, et victoriam ab eis reportent. Non enim fallit is qui dicit: *Vivo ego, dicit Dominus* ¹, *quoniam glorificantes me glorificabo*. Cum igitur Alexandriam venisset dominus meus, piissimus frater et collega Paulus, animi voluptate et gaudio repleti sumus: ac merito quidem, quod tantus scilicet vir partes suas ut mediator interponeret, et supra vires tantum laborem adiret, ut diaboli invidiam superaret, ea quæ divisa erant conjungeret, et sublatis e medio scandalis atque offendiculis, concordie et pacis corona vestras simul et nostras cohonestaret ecclesias. » Et post alia. « Quod vero superflua prorsus et importuna Ecclesiæ, præterque causam suscepta discordia fuerit, nunc maxime certiores facti sumus, ex quo piissimus dominus meus Paulus episcopus libellum extra calumniæ aleam positum attulit, fidei professionem complectentem: quem a sanctitate tua et piissimis isthic episcopis compositum esse confirmavit. » Libellus is quibus conscriptus orat verbis, epistolæ adjunctus fuit. Porro de Dei Genitrice, et quæ sequuntur: « Sanctis hisce vocibus vestris lectis, ita nos quoque ipsos sentire invenimus. Unus enim est Dominus, una fides,

¹ Reg. n. 30.

A δὲ γνοῦς τὴν κοινωνίαν εἰς φιλονεικίαν προβάσσειν, μεταμέλω χρώμενος Θεοτόκου τὴν Μαρίαν ἐκάλει. Λεγέσθω, λέγων, καὶ Θεοτόκος ἡ Μαρία, καὶ παυσίθω τὰ λυπηρὰ. Ἄλλ' οὐδεὶς αὐτὸν τοιαύτ' ἐκ μετανοίας λέγοντα δῆθεν τὸ παράπαν προσίετο. Ἰωάννης δὲ ὁ τῆς Ἀντιόχου τῷ βασιλικῷ κελεύσματι εἰκων, Παῦλον τὸν Ἐμέσης ἐπίσκοπον εἰς Ἀλεξάνδρειαν πρὸς Κύριλλον ἐπεμπε χάρτην φέροντα· ἐν ᾗ ἦ τε τῆς πίστεως ὁμολογία ἀνόθευτος ἐγγεχάρηκτο, καὶ λόγοι φιλίας καὶ σκανδάλων ἀπόθεσις. Ὁ δὲ θεσπέσιος Κύριλλος τὸν χάρτην εἰς χεῖρας λαβὼν, καὶ τῇ ἐγκειμένη τῆς πίστεως ὁμολογία στοιχήσας, διεβεβαίουτο ἐπίσης ταβητῆ, καὶ τοὺς ἐκ πάλαι ἁγίους Πατέρας πεφρονηκέναι καὶ ἑαυτὸν. Σφόδρα δ' ἐπαινέσας τὴν ἐπιστολὴν, ἐπὶ βήματος καὶ αὐτὸς τῷ Ἰωάννῃ ἔγραφε τοιαύδε· « Εὐφρανέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιέσθω ἡ γῆ· λέλυται γὰρ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ πέπαυται τὸ λυποῦν, καὶ διχονομίας τρόπος ἀνήρηται πάσης, τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ ταῖς ἑαυτοῦ ἐκκλησίαις τὴν εἰρήνην βραβεύσαντος· κακλήκωτων δὲ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς καὶ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφιλεστάτων βασιλέων, οἱ προγονικῆς εὐσεβείας ἄριστοι ζηλωταὶ γεγονότες, ἀσφαλῆ μὲν καὶ ἀκατάσειστον ἐν ἰδίαις τύχαις τὴν ὀρθὴν φυλάττουσι πίστιν, ἐξαιρέτων δὲ ποιοῦνται φροντίδα τὴν ὑπὲρ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, ἵνα καὶ διαδόχον ἔχουσιν εἰς αἰῶνα τὴν δόξαν, καὶ εὐκλεεστάτην ἀποφαίνωσι τὴν ἑαυτῶν βασιλείαν. Οὗς καὶ αὐτὸς ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος πλουσία χειρὶ διανέμει τὰ ἀγαθὰ· δίδωσι μὲν κρατεῖν τῶν ἀνθεστηκότων, χαρίζεται δὲ τὸ νικᾶν. Οὐ γὰρ ἂν διαφεύσαιτο ὁ λέγων· *Ὁ ἰσχυρὸς, λέγει Κύριος, ὅτι τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω*. Ἀφικόμενον τοίνυν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τοῦ κυρίου μου τοῦ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ Παύλου, θυμηδίας ἐμπεπλησμεθα· καὶ σφόδρα εὐχόμενος, ὡς ἀνδρὸς τοιοῦτου μεσιτεύοντος, καὶ τοῖς ὑπὲρ δυνάμιν πόνοις ἐλομένου προσομιλεῖν· ἵνα τὸν τοῦ διαβόλου νικῆσιν φθόνον, καὶ συνάψῃ τὰ διηρημένα, καὶ τὰ μεταξὺ σκάνδαλα περιελῶν, ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ στεφανώσῃ τὰς τε παρ' ἡμῖν καὶ παρ' ὑμῖν ἐκκλησίας. » Καὶ μεθ' ἑτέρα· « Ὅτι δὲ περιττὴ παντελῶς, καὶ οὐκ εὐάφορος τῆς Ἐκκλησίας ἡ διχοστασία γέγονε, νυνὶ μάλιστα πεπληροφορήμεθα, τοῦ κυρίου μου τοῦ θεοσεβεστάτου Παύλου τοῦ ἐπισκόπου χάρτην προκομίσαντος ἀδιάβλητον, ἔχοντα τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν· καὶ ταύτην συντετάχθαι διαβεβαιωσαμένου παρά τε τῆς σῆς δαιότητος, καὶ ἐὼν αὐτόθι θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων. Ἐχει δὲ οὕτως ἡ συγγραφή, καὶ αὐταῖς λέξεσιν ἐντέθειται τῆδε τῇ ἐπιστολῇ. Περὶ δὲ τῆς Θεοτόκου καὶ τῆς ἐξῆς· « Ταῦταις ὁμῶν ἐντυχόντες ταῖς ἑραῖς φωναῖς, οὕτω τε καὶ ἑαυτοὺς φρονούντας εὐρίσκοντες· εἰς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἐν βάπτισμα· ἰδοῦσάμεν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεόν. ἁλλήλοις συγχαίροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς καὶ παραδόσει τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν συμβαίνουσιν ἔχουσι πίστιν αἴ τε παρ' ἡμῖν καὶ αἱ

παρ' ὑμῖν ἐκκλησίαι. Ἄλλὰ ταῦτα μὲν φιλοπόνως ἅ

εὐρεῖν ἔστι τῷ βουλομένῳ, τοῖς τηλικαῦτα πεπρα-

γμένοις ἐπιστῆσαι θελήσαντι.

inspiratis Scripturis et traditione sanctorum Patrum nostrorum nostræ simul et vestræ ecclesiæ habeant fidem.) 517 Verum hæc qui inquirere volet studiosius, in synodi ejus actis reperiet.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Ὅσα πεπονθέναι Νεστόριος αὐτὸς περὶ αὐτοῦ γράφει· καὶ ὡς εἰς Ὅασιν μυστὰ κατὰ παθῶν, τέλει σκώληξι τῆν γλώτταν βρωθεῖς, διεφθάρη.

Ὡς δὲ Νεστόριος ἐξεληλάται, τί τε εἰσέπειτα αὐτῷ ἐγεγόνει, ὅπως τε τὸν τῆδε βίον κατέστρεψε, καὶ τὰ ἐπάξια τῶν βλασφημιῶν ἀκεκλήρωται γέρα, τοῖς ἱστορήσασιν ἐν ἀδήλω· καὶ γε ἂν ὁ χρόνος λήθης βυθοῖς συνεκάλυψε ταῦτα, εἰ μὴ βίβλω ἐκείνου περιτυχεῖν συνέβη· ἐξ ἧς τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν ἀνελεξάμεν. Καὶ τοίνυν αὐτὸς ὁ τῆς βλασφημίας πατήρ, ὁ μὴ ἐπὶ τῆς πέτρας, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ψάμμου τὸν τῆς ἐκείνου πίστεως θεμέλιον κτίσας, πρὸς τινὰς διεγκαλοῦντας μὴ κατὰ τὸ δέον τι καινουργῆσαι, μὴδ' ἐπὶ συμφέροντι τὴν ἐν Ἐφέσῳ αἰτήσασαι σύνοδον, γράφει ὑπὲρ τῆς ἰδίας βλασφημίας ἀπολογούμενος, ὡς δ' ἀνάγκης εἰς τοῦθ' ἦκε, τῆς ἀγίας Ἐκκλησίας εἰς δύο διαιρεθείσης· καὶ τῶν μὲν ἀνθρωποτόκον δεῖν λέγεσθαι τὴν Μαρίαν, τῶν δὲ Θεοτόκον· αὐτὸν μέσην ἐπινοῆσαι λέξιν τὴν Χριστοτόκον. Διαλαμβάνει δὲ τῇ ἀπολογίᾳ, ὡς τὰ μὲν πρῶτα Θεοδόσιος προσπαθῶν αὐτῷ, τὴν ἐκείνου ἀποβολὴν οὐκ ἐκύρωσεν, ἐπισκόπων δὲ τινῶν ἐκείθεν ἐλθόντων, εἰς τὸ οἰκτεῖον ἐπανελαθεῖν μοναστήριον ἐπετρέπη δὲ πρὸ τῆς Θεουπόλεως ἐκεῖτο· ὅπερ ὀνομαστὶ οὐδαμῶς ἐμνημόνευσε· τὰ Εὐπρεπίου δὲ, ὡς ἔγνω, ὀνόμασαι· δυοὶ σταδίοις διέχον τῆς πόλεως· ὅπου δὴ καὶ τετραετὴ αὐτὸς φησι διανῦσαι τὸν χρόνον πάσης ἀπολαύων τιμῆς. Ἐπειτα διηγείται, ὡς Θεοδοσίῳ θεσπίσασαι φυγὰς εἰς Ὅασιν γίνεται. Τὸ δὲ καίριον ἀπεκρύψατο· ὅτι περὶ οὐδ' οὕτως ἔχων τῆς βλασφημίας ἤρέμει. Καὶ τινὰ δ' ἕτερον λόγον διαλογικώτερον πρὸς τινὰ Αἰγύπτιον γράφει, ἐν ᾧ τὰ περὶ τῆς εἰς Ὅασιν φυγαθείας πλατύτερον διεξέρχεται. Καὶ μὴν καὶ ἐξ ἄλλων γραμμάτων ἐλεῖν ἔστιν ὅτι διὰ τῆς βλασφημίας ἀπήλαυσε, τὸν πάντων ἕφορον ὀφθαλμῶν μὴ λαθῶν· ἀ πρὸς τὸν τηλικαῦτα τῶν θηβαίων ἠγούμενον ἐδήλου· ὡς ἐπειδὴ μὴ τῆς ἀνηκούσης ἐπεξελεύσεως παρ' ἀνθρώπων ἔτυχε, δίκη Θεοῦ τοῦτον ἀξίως μέτσει, ἢ συμφορὰ καὶ ἀγχαλωσίᾳ ἐλευνοτάτῃ περιβαλοῦσα· ὡς δὲ καὶ μειζρόνων ἔχρη ἐκείνου ἀπολαῦσαι ποινῶν, τῆς μὲν ἐκ τῶν Βλεμμύων πείρας ἀφίετο· ἐκείνους γὰρ ἔτυχε γενόμενος δορυάλωτος· Θεοδοσίῳ δ' ἔγνω· κότες αὐτοῦ τὴν ἐπάνοδον, θεσπίσασιν ἐκείνου ταῖς θηβαίων ἐσχαταῖς γῆν ἐκ γῆς ἀμείβων ἦεν· ἐν οἷς τῇ γῆ προσρηγνύμενος, καὶ καταπατούμενος, ἀξίως τῆς βλασφημίας τὸν τῆδε βίον κατέστρεψεν· ἄλλοις τις Ἄρειος τῇ τοῦ βίου καταστροφῇ χρηματίσας, ὅσα τὰ πείριρα τῆς εἰς Θεὸν βλασφημίας ἐκδιηγούμενος. Καὶ γὰρ καὶ ὁμοῦ ἐπίσης Χριστῶν

CAPUT XXXVI.

Qualia se passum esse Nestorius ipse de se scribat ; et ut ad Oasim innumerabilibus toleratis ærumnis, postremo corrosa et consumpta a vermibus lingua, interierit.

Postquam Nestorius ejectus est, quid postea ei contigerit, ut vitam præsentem finierit, et digna blasphemiarum præmia tulerit, historici non prodiderunt. Et profecto vis temporis oblivionis profundo hæc immersisset, nisi in librum ejus incidissem, ex quo historiam ejus decerpsi. Itaque ipse blasphemix pater, qui non super petra, sed in arena fundamenta fidei suæ jecisset, ad quosdam qui ei objecerant, non recte illum res novas molitum esse, neque ex reipublicæ utilitate, ut Ephesi synodus ageretur, petiisse, defensionem blasphemix suæ scripsit, ad eam scilicet necessitatem se pervenisse, Ecclesia sancta in partes duas scissa, dictitans. Et cum alii quidem Mariam Ἀνθρωποτόκον, id est, *Hominis Genitricem*: alii autem Θεοτόκον, hoc est, *Dei Genitricem*, dicendam assererent, se mediam excogitasse vocem Χριστοτόκον, id est, *Christi Genitricem*. In ea defensione refert, Theodosium, propter eommiserationem, primum rejectionem ejus auctoritate sua non confirmasse; ubi vero episcopi quidam Constantinopoli venissent, ut in monasterium suum reverteretur, permissum ei esse, quod extra Theopolim situm est. Nomen quidem illius non expressit: ab Euprepio tamen appellationem accepisse legi. Stadiis id duobus ab urbe ea distat, ubi annos quatuor se in honore omni exegisse ait. Deinde commemorat, ut Theodosii sanctione apud Oasim exulare jussus sit, sed causam exsilii primariam celat: quod videlicet tali etiam rerum suarum statu a blasphemia non destiterit. Alium quoque librum ad Ægyptiam quemdam disertius scripsit, in quo de exsilio ad Oasim fusius agit. Ex aliis quoque litteris colligere est, quæ mala propter blasphemias tulerit, cum inspectorem rerum omnium oculum fallere non potuerit, quas litteras ad Thebarum tum præfectum dedit, indicans quandoquidem hominibus condignas pœnas non dederit, divinitus se justa vindicta expetitum esse, atque in ærumnam et captivitatem miserandam maxime incidisse. 518 Cum vero eum majores calamitates experiri oporteret, ex potestate quidem Blemmyarum ille dimissus est (eorum enim captivus fuerat), Theodosii autem, qui rediisse eum intellexerat, jussionibus, in extremis Thebanorum oris, locum ex loco mutans, versatus est. Ubi terra rupta coopertus atque oppressus, vitam hanc pro

eo atque blasphemiae ejus conveniebat. amisit : A Arius alter ultimo vitæ suæ actu habitus, qui quidem satis quæ præmia in Deum jactas blasphemias mancant, declaravit. Uterque sane ex æquo in Christum blasphemus fuit : quem Arius quidem creaturam, iste autem merum hominem esse dixit. Ad quem acta Ephesiæ synodi, quasi Cyrilli verus et nefanda rerum novatione instituta sint, reprehendentem, perlibenter dixerim : Cur tandem a Theodosio, qui vicem tuam valde miseratus est, postea nullo relicto veniæ loco, expulsus es, et tot ostracismis atque exsiliis multatus, turpiter vitam finivisti, si non de sententia et judicio divino Cyrillus, et qui cum eo fuere episcopi, detretum suum fecere? Et ambo vos quidem jam ex vita hac excessistis : quo tempore, sicuti quidam ex profanis sapientibus dixit, nihil obstat quo minus libera quisque hominum benevolentia, nullo intercedente adversario, colatur (1). Ac tu quidem ut blasphemus, et hostis Dei extremus, ab omnibus damnatus es : ille autem veluti quædam Ecclesiæ tuba, fines terræ personans, et propugnator Ecclesiæ fortissimus, ab omnibus celebratur, et omnibus in ore est. Sedenim ne crimen falsi apud quospiam sustineamus, age illum ipsum in medium producentes, verbis ejus res ejus exponamus ; et tu epistolam fac audias, quibus illam litteris, ad quem diximus Thebanorum præsidem composuisti, ex Ephesiis de religione sanctissima recentibus actis prolatam. « Oasim, quæ et Ibis dicitur, imperiali sanctione incolimus. » Et post quædam verba infert : « Quandoquidem locus, quem diximus, Barbarorum incursione, captivorum abductione, atque igne et cædibus ex ipsis fundamentis dirutus atque vastatus est, et nos a barbaris de repente nescio quo modo misericordiam consecuti, ita liberi dimissi sumus, ut illi attestatione conjunctis minis nos terrerent, et quamprimum regione ea excedere, utpote quam 519 Mazici (2) post eos, nulla interposita mora, occupaturi essent, juberent, in ditionem Thebanorum. cum captivorum reliquiis, quos ad nos Barbari misericordia moti (quid sibi vulerint, dicere nequeo) adduxerunt, venimus. Atque illi quidem ad optata et placita quisque loca se receperunt. Nos autem ad Panis (3) urbem divertimus, manifesto id indicantes. Veremur namque, ne quis captivitatem nostram consultam molitionem et fraudem esse dicens, calumniose profugisse nos accuset, et alterius criminis machinationem confingat. Ferax enim generis omnis calumniarum est malitia. Quapropter amplitudinem tuam rogamus, ut tibi captivitas nostra, pro eo atque legibus constitutum est, curæ sit : et ne malevolentiae et fraudi hominum captivum ad injurias et contumelias dedas, ne videlicet omnibus

ἄβλασφημησάτην. Ἄρειος μὲν γὰρ κτίσμα, οὗτος δὲ φίλῶν ἀνθρώπων ἀπεκάλει. Πρὸς δὲ τὰ ἐν Ἐφῆσῳ μεμφόμενον ὡς οὐ καλῶς γεγενημένα, πανουργία δὲ Κυρίλλου ἄθεσμα ταῖς καινοτομίαις τεχνάζοντος, ἔροισι ἀν' ἡδῆως· Τί δὲ ποτε καίπερ σφόδρα συμπαθῶς σοι διακειμένου Θεοδοσίου ἐξήλαται, μηδεμιᾶς ἡξιωμένος φειδοῦς, 'καὶ τότε: ἐξοστρακισμοῖς παρεβλήθης αἰσχροῦς καταλύσας τὸν βίον, εἰ μὴ θελῶ κίρσει Κύριλλος καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἱερεῖς ἐπραξαν; καὶ γὰρ καὶ ἀμφω τοῖς ἀπελοῦσσι συνηριθμήθητε, ὅτε ὡς τινὶ τῶν ἐξω σοφῶν εἰρηται, τὴ μὴ ἐμποδῶν ἀνταγωνίστην εὐνοία τετιμῆται. Σὺ μὲν, ὡς βλάσφημος καὶ θεομάχος, ἐσχάτως ἅπασι κατακρίσται· ἐκεῖνος δὲ οἷά τις τῆς Ἐκκλησίας σάλπιγξ περιηχοῦσα τὰ πέρατα, καὶ τῆς Ἐκκλησίας πρόμαχος ἀβραγέστατος τοῖς ἀπάντων χεῖλεσι φέρεται ἅμα καὶ περιφέρεται. Ἴνα τοίνυν καὶ μὴ τισὶ ψεῦδους γραφῆν ἐνεγκώμεθα, φέρε αὐτὴν ἐκεῖνον εἰς μέσον ἀγαγόντες, τὰ περὶ αὐτοῦ διεξέλθωμεν. Καί μοι τῆς σῆς ἐπιστολῆς ἄκουε αὐτοῖς γράμμασιν οἷά σοι συντέθειται πρὸς τὸν εἰρημένον τῶν Θηβαίων ἡγούμενον, ἐκ τῶν πρώων περὶ τῆς ἀγιωτάτης θρησκείας ἐν Ἐφέσῳ γεγενημένων. « Ὅασιν τὴν καὶ Ἴβιν ἐκ θεσπίσματος βασιλικῆς κατοικοῦμεν. » Καὶ τινῶν ἐν μέσῳ λεγομένων ἐπάγει· « Ἐπειδὴ δὲ ἐκ βάρων μὲν ἡ προσειρημένη καὶ βαρβαρικῆς αἰχμαλωσίας καὶ πυρὶ καὶ σφαγαῖς ἐκλεικμηται· ἡμεῖς δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων οἰκτον οὐκ οὐδ' ὅπως ἐξαίφνης ἐπ' ἡμῖν ἀναλαβόντων ἀπολελυμένα, μετὰ τοῦ καὶ διαμαρτυρίας ἡμᾶς ἀπειλητικαῖς καταπλήξαι διὰ τάχους τὴν χώραν ἐκδραμεῖν, ὡς Μαζίκων αὐτὴν μετ' αὐτοῖς ἀμελλῆτι παραληφομένων, ἤκομεν εἰς τὴν Θηβαίων μετὰ τῶν αἰχμαλώτων λειψάνων, οὗς ἡμεῖς οἱ βάρβαροι κατ' οἶκτον προσήγαγον, τί βουλόμενοι λέγειν οὐκ ἔχω. Οἱ μὲν οὖν πρὸς τὰς καταθυμίας; ἐκστη διαγωγὰς ἀπολέλυνται· ἡμεῖς δὲ φανεροῦς ἐαυτοῦ ἐγκαθιστώμεν τῇ Πανὸς ἐπιστάντες. Δεδοίκαμεν γὰρ μὴ τις ἡμῶν πραγματεῖαν τὴν αἰχμαλωσίαν ποιοῦμενος, ἢ φυγάδα καθ' ἡμῶν ἀναπλάτῃ διαβολῆν, ἢ τινος ἄλλης μηχανήμα μέμψως. Ἐσπορος γὰρ διαβολῶν παντοδαπῶν ἡ κακία. Διὸ δὲ ἀξιοῦμεν τὸ ὑμέτερον μέγεθος τῆς ἡμετέρας αἰχμαλωσίας φρονεῖσαι κατὰ τὸ τοῖς νόμοις δοκοῦν, καὶ μὴ ἐπιδοῦναι κακοτεχνίας ἀνδρῶν αἰχμαλώτων εἰς κακίαν ἐκδοτον· ἵνα μὴ πάσαις ἐκ τούτου γεγενης τραγηδῆται, κρείττον εἶναι βαρβάρων αἰχμαλωτον ἢ πρόσφυγα βασιλείας Ῥωμαικῆς. » Καὶ ὁρκους ἐπαγαγῶν, ἤτησαν· οὕτως ἀνενεγκεῖν τὴν ἡμετέραν ἐξ Ὁάσεως ἐνταῦθα διαγωγὴν ἐκ βαρβαρικῆς γενομένην ἀφέσεως, ὥστε τὴν τῷ Θεῷ δοκοῦσαν καὶ νῦν ἐξενεχθῆναι περὶ ἡμῶν διατύπωσιν. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ ἐπιστολῇ καὶ ταῦτα πρὸς τὸν αὐτὸν δηλοῖ λέγων· « Εἶτε ὡς φιλικῶν παρ' ἡμῶν πρὸς τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν γράμμα, εἴτε ὡς

(1) Evagrius, lib. 1, cap. 7.

(2) Apud Stephan. Mezyes nomades Libyæ sunt. Similas autem sub Anastasio urbes Libyæ excursionibus eorum qui Lazici dicuntur, vexatas scri-

bit : ut fortasse hic etiam *Lazici* sit legendum.

(3) Panopolis urbs et nomus Panopolites apud Plin. est, lib. v, cap. 9.

ὁπὸ μνήσιν παρὰ πατρὸς πρὸς υἱὸν τὸ παρὸν τοῦτο λογισάμενος, ἀνάσχου, παρακαλῶ, τῆς ἐν αὐτῷ διηγῆσεως περὶ πολλῶν, καθ' ὅσον ἐν ἡν γεγραμμένῃς παρ' ἡμῶν βραχυλογίας οὐσης· Ὁάσεως τῆς καὶ Ἰβείως ἐκ πολλῶν πρώην ἀφανισθείσης τοῦ τῶν Νομάδων πλήθους· ἐπ' αὐτὴν ἀναδραμόντος. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Τούτων δὲ οὕτως συμβαίνοντων, οὐκ οἶδ' ἐκ ποίας ἀφορμῆς ἢ ποίαν ἀφορμὴν λαβούσης τῆς σῆς μεγαλοπρεπέλας, πρὸς ἐλεφαντίνην τινὰ τῆς Θηβαίων ἐπαρχίας πέρας οὐσαν βαρβαρικῶν διὰ στρατιωτῶν ἐκ τῆς Πανὸς ἐκεκτόμεθα, σύρρομενοὶ πρὸς αὐτὴν διὰ τῆς προδρόμῃσιν· στρατιωτικῆς βοήθειας· καὶ τῷ πλείονι τῆς ὁδοῦ συντριβέντες, πάλιν ἄγραφον τῆς σῆς ἀνδρίας καταλαμβάνομεν κέλευσμα εἰς τὴν Πανὸς ὑποστρέψειν. Συγκοπέντες δὲ τοῖς τῆς σῆς ὁδοπορίας συμπτώμασιν ἐν νόσσοις καὶ γηράσαντι σώματι, καὶ τὴν χεῖρα, καὶ τὴν πλευρὰν συντριβέντες, ἀφικόμεθα πάλιν εἰς τὴν Πανὸς τρόπον τινὰ ψυχοβραγυοῦντες τοῖς συμπτώμασιν, ἔτι τοῖς τῶν ἀληθῶν μαστιγούμενοι κακοῖς. Μετ' ἧς δὲ πάλιν ἡμᾶς ἐκ τῆς Πανὸς πρὸς τὴν ὑπ' αὐτὴν ἐνορίαν ἕτερον τῆς σῆς ἀνδρίας ἔγραψον ἰπτάμενον πρόσταγμα. Ταῦτα στήσεσθαι καθ' ἡμῶν λογισομένων, καὶ τὸ τοῖς καλλινίκοις βασιλεῦσι περὶ ἡμῶν δοκοῦν ἀναμενόντων, ἐξαίφνης πρὸς ἄλλην ἐξορίαν καθ' ἡμῶν τετάρτην πάλιν ἀφειδῶς ἄλλο συνετίθετο. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἄλλ' ἀρκέσθητι τοῖς πεπραγμένοις, παρακαλῶ, καὶ τοσαύτας καθ' ἐνός σώματος ἐξορίας ὀρίζειν, καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἀναχθεῖσι παρὰ τῆς σῆς μεγαλοπρεπέλας· καὶ παρ' ἡμῶν δὲ δι' ὧν ἐχρῆν γνωριθῆναι τοῖς καλλινίκοις ἡμῶν βασιλεῦσι δοκιμασίας ἐπιεικῶς, παρακαλῶ, παραχώρησον. Ταῦτα παρ' ἡμῶν παρὰ πατρὸς ὡς πρὸς υἱὸν συμβουλευόμενα. Εἰ δὲ ἀγαπητικῆσαι, καὶ νῦν ὡς πρότερον, πράττε τὸ δοκοῦν· εἰ γὰρ τοῦ δοκοῦντος λόγος οὐδεὶς δυνατώτερος. » Νεστόριος μὲν οὖν οὕτω κἀν τοῖς γράμμασι πῦξ λάξ παῖσι, βαίνει· καὶ αὐτὴν βασιλείαν ἐξουσίαν, ὡς ὄρας, βλασφημῶν, μηδέπω σωφρονήσας, καὶ ταῦτα τηλικαῦτα παθῶν. Συγγράμματι δὲ τινος ἐντυχόντες, καὶ τὴν τελευτὴν ἐκείνου διηγούμενου, καὶ ταύτην τῇ συγγραφῇ παραδώσωμεν· ἔλαγε γὰρ ὡς τὴν γλῶσσαν διαβρωθεὶς σκώληξιν, ἐπὶ τὰ μείζω καὶ ἀθάντα κολαστήρια, τὰς ἀνηκούσας ἀποτίσων εὐθύνας, στένων καὶ ὀδυρόμενος μετεχώρησεν. » Ἐπειτα δὲ καὶ Θεοδόσιος θεοδὸν κινούμενος ἀπάσαις ψήφοις τὸν ἀσεβῆ καταδέχασθε περιθαλῶν ἀναθέματι, οὕτω πρὸς λέξιν ἀποφηνάμενος ἐν διατάξει, ἢ τῇ βίβλῳ Ἰουστινιανοῦ ἔγκειται· κῶδιξ δὲ τὸ βιβλίον ὠνόμασται, τρίτη τὸν ἀριθμὸν τοῦ πρώτου τίτλου συγγάνουσα· « Ἐστὶ, φησὶ, θεοπίστομεν τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου πίστιν, ἢ τῇ ἀθεμίτῳ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἀκολουθοῦντας, εἰ μὲν ἐπίσκοποι· εἴτε ἢ κληρικοί, τῶν ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι· εἰ δὲ λαϊκοί, ἀναθεματίζεσθαι. » Πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας νομοθεσίας τῆς ἡμετέρας χάριν θρησκείας ἐντίθεισι τὸν περὶ Χριστοῦ διάπυρον

A deinceps generationibus et ætibus tragica vociferatio seu quiritatio invalescat, melius esse ut in Barbarorum aliquis potestate captivus sit, quam ad Romanorum imperium supplex confugiat. » Et juramento interposito, petitionem talem subjunxit: « Patere nos hic ex Oasi reversos manere, sicuti id nobis Barbari permisere: ut nunc etiam, quod Deo visum est, de nobis constituatur. » In alia rursum epistola ad eundem hæc scribit: « Sive scriptum hoc, ut amici, ad magnificentiam tuam, epistolam, seu ut patris ad filium commotionem accipias, non rejice, te quæso, quæ in eo est, quam fieri potuit brevissimam de rebus multis narrationem: cum Oasis, quæ etiam Ibis dicta est, dudum a Nomadum multitudine, qui in eam excurrerunt, vastata sit. » Et postea: « Hæc cum sic acciderint, nescio qua de causa, aut qua arrepta occasione, magnificentia tua nos per Barbaros milites ex Panis oppido ad quamdam Elephantina (1), quæ Thebanæ provinciæ finis est, deportari curaverit. Et cum ad illam per ea quæ diximus militaria auxilia raperemur, et majore itineris parte confecta affligeremur, rursum a fortitudine tua jussionem sine scripto accepimus, ut in civitatem Panis reverteremur. Et itineris, quod jussu tuo susceperamus, casibus confecti, corpore morbo simul et senio labefactato, necnon manu et latere convulso, in Panis oppidum reversi sumus, 520 animo quodammodo viæ laboribus deficientes. Adhuc cruciatibus dolorum affligebamur, et ad aliud rursum fortitudinis tuæ advolans scriptum mandatum, ex Panis urbe in alium ditionis ejus locum translatisum. Et cum talia adversus nos conquiritura putarem, et quid de nobis victores principes stauerent, expectarem, aliud subito sine gratia omni, de longinquo alio, et quarto jam exsilio, mandatum compositum est. » Et paulo post: « Sed acquiesce tandem in eis quæ facta sunt, rogo, et tot adversus corpus unum exsilia decernere desine, et tot calamitatibus quæ a magnificentia tua pertulimus, contentus esto. Et nobis per homines, quos convenit, sententiam victorum principum nostrorum explorare humaniter, quæso, permittite. Hæc nostra, veluti patris, ad te tanquam filium consilia sunt. Sin ea indigne feres, tum tu nunc quoque, sicuti antea, quod placitum tibi est, facito: siquidem sententiam tuam oratio nulla necere aut vincere potest. » Nestorius igitur in litteris quoque ipsis, pugnis et calcibus impetit atque insultat, imperatoriam etiam potestatem, sicuti vides, blasphemans: atque tot quoque mala passus, non tamen respiscit. Pervenit in manus meas scriptum quoddam, obitum ejus exponens, quem et ipsum litterarum monumentis mandare in hac historia visum est. Commentor enim, lingua ejus a vermibus corrosa, ingemiscentem et lamentantem, ad majora et sempiterna supplicia

(1) Elephantina 820 stadiis a Thebis Ægyptiæ distat.

eum pœnas debitas soluturum migrasse. Deinde et A Theodosius divino nutu commotus, sententiis et calculis omnibus, impium illum anathemate jugulatum condemnavit, hisce verbis in constitutione usus (1), quæ Justiniani volumini, quod Codex nominatur, inserta est, tertia numero, in primo primi libri titulo. « Præterea, inquit, sancimus, qui impiam Nestorii fidem æmulantur, aut nefariam ejus doctrinam sequuntur, ut siquidem episcopi sint, aut clerici, ecclesiis ejiciantur: sin vero laici et populares, anathemate feriuntur. » Sed plures quoque alias constitutiones religionis nostræ gratia edidit, quæ flagrantem illius erga Christum ardorem ac zelum declarant. Hunc impius Nestorius finem vitæ habuit, atque hæc sic in tertia quam diximus universali Ephesia synodo, sunt acta. **521** Porro pernicioso Nestorio exauctorato, gravis rursus contentio in Constantinopolitanæ urbis ecclesiis mota est. Populus enim de Nestorii placitis agens, in duas partes abiit. Clerici sane omnes communi suffragio eum anathemati subditum rejecerunt: sic namque Christianis mos est sententiam contra blasphemum ferre, cum eam tanquam columnæ incisam, omnibus publicitus proponere volunt.

CAPUT XXXVII.

Ut post Nestorium Maximinus, ac deinceps Proclus patriarcha Constantinopolitanæ Ecclesiæ præfectus fuerit.

Illo vero sublato, non mediocris de episcopi electione quæstio exstitit. Multi enim ad eum qui dictus est, Sidensem Philippum respiciebant: omnes autem fere Proclum cathedra ea maxime dignum esse judicabant. Et exitum suum consilium horum habuisset, nisi qui multum tum apud imperatorem valebant, impedimento fuissent, ecclesiasticum canonem perperam prætexentes, qui designatum civitatis alicujus episcopum in civitatem aliam rursus transferri vetare debeat. Is est hujusmodi: « Si quis episcopus ordinatus in parœciam, cui destinatus est, non ierit, non culpa ille quidem sua, sed propter populi rejectionem, aut aliam non ab ipso ordinato provenientem causam, is cum dignitate ministerio fungi (ut modo rebus ecclesiæ, ubi conventus agit, nihil afferat turbæ) et acquiescere in eo debet, quod provinciæ synodus de controversia in medium producta judicans decreverit. » Hic canon publicatus plebem, quæ Proclum episcopum designabat, vel invitam quiescere coegit. Quatuor menses a Nestorio exauctorato fluxerant, et ecclesiæ procuratio Maximiano commissa est, qui in ordine presbyterorum erat, et in monastica vita vixerat. **522** Religionis hic maxime laudem consecutus fuerat, ex eo quod propriis sumptibus monumentis constructis, in eis pie defunctorum reliquias reponeret. Et propterea quod doctrina exigua fuit, alienam a rebus agendis delegerat vitam. Quam ob causam ecclesia sub eo externis rerum fluctibus libera, pace multa lætata est. Atque ubi annos duos et menses quinque pacifice ecclesiam administravit, septima jejunii dierum septimana, ea quæ dicitur Magna

B

ΚΕΦΑΛ. ΑΖ'.

Ὁς μετὰ Νεστορίον Μαξιμιανός, εἶτα Πρόκλος πατριάρχης τῆς Κωνσταντινίου προβάλλεται.

Ἐκείνου δ' ἐκποδῶν γενομένου, πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου οὐ μετρία ζήτησις ἦν. Καὶ πολλοὶ μὲν εἰς τὸν προειρημένον Σιδίτην ἀπέβλεπον Φιλίππον· οἱ δὲ πάντες σχεδὸν Πρόκλον μάλιστα τῆς καθέδρας ἄξιον ἔκρινον εἶναι. Καὶ γὰρ ἂν εἰς πέρας προέβαιεν, εἰ μὴ τινες τῶν τηλικαῦτα μέγα παρὰ βασιλεῖ δυναμένων ἀπεκώλυσαν, προκαλλόμενοι κανὼν ἐκκλησιαστικὸν, ὃς κελεύει τὸν ὀνομασθέντα πῶλεως τινος ἐπίσκοπον εἰς ἕτεραν αἰθίς μὴ μεταφέρεισθαι. Ἔστι δὲ οὗτος· « Εἰ τις ἐπίσκοπος γεροτονηθεὶς εἰς παροικίαν μὴ ἀπέλθῃ εἰς τὴν ἐχειροτονήθη, μὴ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν, ἀλλ' ἦτοι παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, ἢ δι' ἕτεραν αἰτίαν οὐ παρ' ἑαυτοῦ γενομένην, τοῦτον μετέχειν τῆς τιμῆς καὶ τῆς λειτουργίας, μόνον μηδὲν παρενοχλοῦντα τοῖς πράγμασι τῆς ἐκκλησίας, ἐνθα ἂν συνάγοιτο· ἐκδέχεσθαι δὲ αὐτὸν, ὅπερ ἂν ἡ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος κρίνασα, τὸ παριστάμενον ὕριση. » Ὅς δὲ τα κανὼν παρῆρσιασθεὶς, ἡσυχάζειν καὶ ἀκοντα τὰ πλήθη ἠνάγκαζε Πρόκλον ἐκλέγεσθαι. Τετάρτου δὲ παραβρέντος μηνὸς μετὰ τὴν Νεστορίου καθάρσειν, ἐπιτρέπεται τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπιτροπὴν, Μαξιμιανός· τῷ χορῷ μὲν τῶν πρεσβυτέρων κατελεγμένος, ἀσκητικῶς δὲ βίῳ χρησάμενος, εὐλαβείας δὲ μεγίστης ὄνομα περιέκειτο· οἷς οικείοις ἀναλώμασι μνημεῖα κατεσκευακώς, ἐν αὐτοῖς κατετίθει τὰ τῶν εὐλαβῶς τελευτώντων λειψάνα. Ἰδιώτης δὲ ὢν τὸν λόγον, ἀπραγμονέστερον βίον ἤρειτο· διὸ καὶ ἡ ἐκκλησία ἐπὶ τούτου βαθείας εἰρήνης ἀπήλαυσε, τῶν ἔξωθεν ἡρήμεσασα σάλων. Ἐπὶ δυσὶ δ' ἐνιαυτοῖς καὶ μῆσι πάντε εἰρηνικῶς τὴν ἐκκλησίαν ἐθύνας, ἐτελεύτα τὸν βίον κατὰ τὴν ἐδδομένην ἐδοξμάδα τῶν νηστειῶν, τῆς Μεγάλης ἀγομένης πέμπτης.

(1) Hæc constitutio hodie non exstat. Damnat autem Nestorianos hic imperator, l. *Damnato*. C. De hæret. et Manich.

Τότε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς Θεοδοσίος, καὶ μάλιστα **A** Πουλχερία ἡ βασίλισ, τοῦ πράγματος πρόνοιαν ἐποίησαντο. Ἴνα γὰρ μὴ πάλιν πράγματα ἔχῃσι περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου οἷς συγγεῖν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἔμελλε, μελλήσας μηδὲν, ἐτι προκειμένου τοῦ σώματος Μαξιμιανοῦ, τοὺς παρευρεθέντας τῶν ἐπιτροπῶν ἀθροίσας, ἐνθρονίζειν τὸν Πρόκλον προὔτρεπετο. Τῆς γὰρ περὶ ἐκείνου σκέψεως πρότερον οὕσης, καὶ Κελεστίνος ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος σύμφηφος δι' ἐπιστολῶν ἦν, πρὸς τε Κύριλλον τὸν θεσσαλονικεὺς, καὶ Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας, καὶ τὸν Θεσσαλονικῆς Ῥούφον γράφων, καὶ πᾶσι ἑτάροις ἀναδιδάσκων μηδὲν ἐμποδῶν καθίστασθαι, τὸν ἐτέρως πόλεως ὄντα ἢ καὶ ὀνομασθέντα μόνον ἐπίσκοπον εἰς ἐτέραν μετατίθεσθαι πόλιν. Ἐνθρονισθεὶς οὖν ὁ Πρόκλος, ἐπεὶ τὴν ἐκκομιδὴν καὶ κηδεῖαν **B** τοῦ σώματος Μαξιμιανοῦ ἐποιεῖτο, τὰ τῆς πατριαρχίας ἅπαντα περιθέμενος σύμβολα. Ἄξιον δ' οἶμαι καὶ περὶ τούτου βραχέα τῇ ἱστορίᾳ ἐνθεῖναι.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Περὶ Πρόκλου, οἷος τὸν λόγον καὶ τὸ ἦθος· καὶ ὅτι μάλα τῷ βασιλεὶ κεχαρισμένος ἦν· καὶ ὅτι ἐπὶ τοῖς τότε παραδόξως γεγενημένοις Θεῷ, Πρόκλος ὀμιλίᾳ ἀρμόζουσιν διεῖθῶν, ἐθαυμάσθη.

Πρόκλος, ἐκ πρώτης τριχῆς εἰς διδασκάλους φοιτῶν, ρητορικῆς ἐπὶ πλείστον ἐπεμελήθη. Εἰς ἀναγνώστου δὲ τελέσας βαθμὸν ἐν νέᾳ πάνυ τῇ ἡλικίᾳ, **C** καὶ ἤδη παραμείψας τὸν μείρακα, πρῶτα μὲν τῷ θεῷ Ἰωάννῃ τῷ Χρυσοστόμῳ ἱεραρχοῦντι τῆς Κωνσταντινου παρέπιετο, ὑπουργὸς αὐτῷ καὶ συνεργὸς τῶν λόγων γινόμενος, καὶ ὅση χρεια τοῦ σώματος ἐκείνῳ γινόμενος. Οὗτος δὲ καὶ Παύλῳ πρὸς οὓς τῷ μεγάλῳ Ἰωάννῃ διαλεγόμενῳ, καὶ τὸν νοῦν τῶν ἐκείνου ἐπιστολῶν ἐκκαλύπτοντι μυστικώτερον, ἐνέτυχε τῇ τῆς θυρίδος παρακύπτων ὀπῇ. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ὑπερβόριος ἦν, μὴ τῆς ἐκείνου σχέσεως ἀποστῆς, τῷ μετ' ἐκείνον ἐπίσκοπῳ Ἀτικῷ συνῆν, ὑπογραφεὺς τῶν ἐκείνου λόγων καθεστηκῶς· ὃν δὲ τῇ κατὰ Θεὸν προβαίνοντα ἀγωγῇ, καὶ τοῦ τῆς διακονίας ἡξίου βαθμοῦ. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων ἀνέσας τὸν Κύριον, ὑπὸ Σισινίου τῆς κατὰ Κύζικον ἐκκλησίας προεβλήθη **D** ἐπίσκοπος. Πολλῷ δὲ ὕστερον ὡς γε ἡμῖν εἰρηται, καὶ τῆς Κωνσταντινου ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐπιτρέπη. Χρηστὸς δὲ ὢν ἀνὴρ μάλιστα κατὰ τὸ ἦθος καὶ τρόπον, ὅσα δὲ Ἰωάννῃ καὶ Ἀτικῷ προσῆσαν χρηστὰ, ἀνεμάξατο. Ἀνεξίκακος δὲ καὶ πλέον ἤπερ ἐκεῖνοι ἐγένετο. Ἀτικὸς μὲν γὰρ πολλάκις καὶ τοῖς διαφόροις τῆς πίστεως φοβερὸς μάλα ἔδοκει. Οὗτος δὲ κάκεινοις καὶ πᾶσιν ἤπιος· καὶ προσηγῆς μάλα ἦν, τούτοις· μᾶλλον ἢ βία ἔλκειν ἐκείνους διανοούμενος. Μηδενὶ γὰρ ταραχῆς αἴτιος καταστῆς, τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀξίωμα, τὸ ἐπισκεπῆς, φημί, καὶ πρᾶον, ἀθιγῆς διειρησεν, ἐν τούτῳ δὲ τῷ μέρει τὸν βασιλέα μιμούμενος· Θεοδόσιον· καὶ γὰρ κάκεινος οὐδαμῶς τῇ βασιλικῇ αὐστηρίᾳ κατὰ

quinta die, mortuus est. Tum vero imperator Theodosius, et Pulcheria Augusta maxime curam ejus rei suscepit. Ne enim rursus negotium eis exhiberetur de electione episcopi, unde misceri ecclesiæ res et confundi potuissent, nulla interposita mora, episcopos quoscunque invenire potuerunt, coactos, intronisare atque in vacuam ecclesiæ possessionem inducere Proclum jussit. Cum namque deliberatum antea de eo esset, Cælestinus quoque Romæ episcopus suffragatus ei per epistolas fuerat, ad magnum illum Cyrillum et Joannem Antiochenum et Rufum Thessalonicensem scribens, et modis omnibus docens, nihil obstare, quominus qui alterius urbis aut sit, aut saltem designatus sit episcopus, in aliam transferatur urbem. Proclus igitur in sede sua collocatus, postea funus et exequias Maximiani, omnibus patriarchæ insignibus usus, curavit. Sed de hoc quoque pauca quædam historiæ adnectenda duxi.

CAPUT XXXVIII.

De Proclo, qua doctrina, quæve vita fuerit; et ut illum imperator charum gratumque habuerit; et quod idem competenti et debito sermone, res quæ eo tempore præter opinionem hominum mirificæ acciderunt, in Deum auctorem referens, apud omnes in admiratione fuerit.

A primo is capillo præceptoribus usus, in arte dicendi potissimum elaboravit. Et post adolescentiam exactam, in juvenili admodum ætate, in lectorum ordinem cooptatus, primum divi Joannis Chrysostomi Constantinopolitanam ecclesiam administrantis sectator, minister, librisque scribendis adjutor, et corporis ejus curator fuit. Hic Paulum Joanni magno in aurem dictitantem, atque arcaniorem epistolarum suarum sensum revelantem, per januæ rimas prospectans vidit. **523** Atque ubi ille in exilio vixit, ab illius affectione non desciscens, cum successore ejus Attico episcopo fuit, orationum illius scriba. Quem ille in divino vitæ instituto progredientem, in diaconatus gradum sustulit. Deinde vero cum in presbyterorum cathedra Dominum laudaret, a Sisinio ecclesiæ Cyzicenzæ designatus est antistes. Longo vero tempore post, quemadmodum diximus, Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopatus ei commissus est. Et quod moribus atque institutis placidus maxime vir esset, quæcumque in Joanne et Attico eximia erant, expressit. Malorum tolerantia illis etiam superior fuit. Atticus namque sæpius etiam eis qui in fide a se non dissentirent, terribilis esse visus est. Hic vero et erga illos, et in alios omnes placidus et lenis admodum fuit, benevolentia potius quam vi pertrahere illos ad se in animo habens. Et quoniam nemini turbarum causam præbuit, Ecclesiæ dignitatem in humanitate et mansuetudine consistentem, integram conservavit. Hac in parte Theodosium imperatorem imitatus: nam et is haudquaquam imperiali severitate, adversus eos qui

supplicia commeriti essent, usus est. Iste autem A minus curavit, si quis de Deo non itidem ut ipse sentiret. Sed doctrinæ jugiter incumbens, placide, non violenter, plebem sibi devinxit. Qua ex causa et Theodosius magnopere eum est complexus. Nam et imperator ipse sacerdotali, ut ita dicam, animo fuit : eosque qui persequendos homines esse suaderent, minime audivit : Dixit vero aliquis, quod et aliis rebus, in primis autem mansuetudine, aperte episcopus ejus temporis omnes longe superavit. Et quod de Mose Numerorum liber dixit, eum supra homines omnes in terra longe mitissimum fuisse : id si de Theodosio etiam dicas, haudquaquam, ut puto, fallaris. Unde quispiam colligat, Deum illo valde delectatum, etiam extra bellorum certamina hostes ei imminentes abolevisse. Declaravit hoc in Joanne tyranno, et qui cum eo excurrerant, Barbaris. Quæ namque antiquitus in viris justis accidisse audimus, ea quoque præter opinionem omnem in eo Deus per egit. Cum enim multi, atque adeo innumerabiles Barbari excurrere, et imperatori atque Romanis negotium facessere aggressi essent, 524 Imperator, sicuti facere solitus erat, res illorum Deo commisit, et frequentius orationibus vacans, confestim quod petiit, confecit. Dux siquidem eorum Roilas nomine (quod antea quoque retulimus) fulminis telo ictus, ex hominibus sublatus est. Et postquam sæva pestis exercitum ejus invasit, crudeliter eum est depasta. Quidquid vero ex eo superfuit, id cælesti igne crematum est. Itaque in timorem magnum Barbari deciderunt, non tam quod contra generosam et fortem gentem Romanorum ad manus consorendas ire ausi fuissent, quam quod Deo adjuvante, illos tropæa statuere, victoriamque reportare deprehendissent. Tum sane et admirandus Proclus, in tanta a Deo concessa victoria, ad populum in ecclesia verba faciens, et Ezechielis prophetiam ingeniose et apte verbis suis accommodans, in magna fuit admiratione. Prophetia talibus verbis concepta est : *Et tu, fili hominis, vaticinare contra Gog, et principem Ros (1), Mosoch et Thobel. Judicabo enim eum morte, et sanguine, et imbre demergenti, et lapidibus grandinis. Atque ignem et sulphur pluam super eum, et omnem exercitum ejus, superque populos multos qui cum eo sunt. Et magnificabor atque glorificabor, et notus ero in conspectu multarum gentium, et cognoscent quod ego sum Dominus. Talis quidem Proclus erat, peropportunos et commodos in omnibus, mansuetudine autem et humanitate quam maxime excellens.*

(1) Ros. Hoc sacra Biblia nostra non habent. Reperitur tamen apud Socrat. quoque lib. vii, cap. 43. Nomine autem isto universa Russorum sive Ruthenorum gens, quæ magna ex parte nunc Christiana est, et Slavonica utitur lingua, intelli-

tῶν κολάσεως ἀξίων ἐκέχρητο. Οὗτος δὲ ἑλαττον ἐφρόντιζεν, ἢν μὴ τις περὶ Θεοῦ ἢ αὐτῷ ἐδόκει ἐφρόνει. Διδασκαλίᾳ δὲ συνχείη χρῆσιμος, ἡρέμα καὶ οὐ βίᾳ τὰ πλήθη προσήγετο, ὧν δὴ χάριν καὶ βασιλεὺς ἀποδοχῆς μεγάλης ἤξιον τὸν ἄνδρα. Ἱερατικῇ γὰρ ψυχῇ καὶ ὁ βασιλεὺς ὡς εἰπεῖν ἐκέχρητο, καὶ τοὺς διώκειν ἡρημένους ἤκιστα ἀπεδέχετο. Εἴποι δ' ἄν τις, ὅτι κἀν τοῖς ἄλλοις, μάλιστα δὲ τῇ πραότητι, περιφανῶς καὶ πάντας τοὺς τότε ἱερέας ἐνίκα· καὶ ὁ δὴ ψῆσι περὶ Μωσέως ἡ βίβλος τῶν Ἀριθμῶν, ὅτι καὶ ὁ ἄνθρωπος Μωυσῆς πρῶτος σφόδρα παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦτο καὶ ἐπὶ Θεοδοσίου τις εἰπῶν, οὐκ ἂν, οἶμαι, ἀμάρτοι. Δι' ἧς καὶ τις τεκμηριώσαιο Θεὸν ἐπ' ἐκείνῳ μάλα ἡδόμενον, καὶ πολεμικῶν ἀγώνων ἐκτὸς τοὺς ἐπανισταμένους ἀφανίζειν ἐχθροῦς. Ἔδειξε τοῦτο ἐπὶ τε τῷ τυραννήσαντι Ἰωάννῃ, καὶ τοῖς μετ' ἐκείνου καταδραμοῦσι βαρβάροις. Οἷα γὰρ τοῖς πάλαι δικαίως γενέσθαι ἀκούομεν, τοιαῦτα καὶ ἐπ' ἐκείνῳ παραδόξως ἐνήργει Θεός· πολλῶν γὰρ καὶ ἀπειρίτων βαρβάρων κατατρέχειν, καὶ πράγματα βασιλεῖ καὶ Ῥωμαίοις ὠρημένων παρέχειν βασιλεὺς, ὡς περ εἴωθει, τὰ κατ' ἐκείνους ἡΐει Θεῷ· αὐτὸς δὲ πυκνότερον ταῖς εὐχαῖς σχολάζων, εὐθύς ἐξῆνε τὸ αἰτούμενον. Ὁ μὲν γὰρ ἐκείνων ἡγούμενος, Ρούγας ὄνομα, ἐξ ἀνθρώπων ἦν, βέλει βληθεὶς κεραυνῷ· εἰσπηθήσας δὲ καὶ λοιμὸς ἄγριος, ἀφειδῶς τὸ ὑπ' ἐκείνον στρατεύμα διεδόσκατο. Ὅσον δὲ κρεῖττον ἐκείνον ἐγένετο, οὐρανίῳ πυρὶ κατηθάλωτο. Καὶ εἰς δέος μέγα τὸ βάρβαρον περιστατῶν οὐ τοσοῦτον ὅτι πρὸς γενναῖον ἔθνος τὸ Ῥωμαίων ἐτόλμησαν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, ἀλλ' ὅτι περ ὑπὸ Θεῷ συναρῆγοντι κατελάμβανον ἐκείνους ἰσχυρῶς τρόπαιον. Τότε δὴ καὶ Πρόκλος· ὁ θαυμαστός ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ἐκ Θεοῦ γενομένῃ νίκῃ ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκων, τὴν τοῦ Ἰεζεκιὴλ προφητείαν εὐφυῶς προσαρμόσας τοῖς εἰρημένοις, ἐξεπίτηδες περιφανῶς ἐθαυμάσθη. Ἡ δὲ προφητεία τούτοις τοῖς ῥήμασι περιεβλήθητο· *Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, προσήτευσον ἐπὶ Γῶγ, ἄρχοντα Ῥώς, Μοσόχ, καὶ Θόβελ. Κρινῶ γὰρ αὐτὸν θανάτῳ καὶ υἱατι καὶ ὑετῷ κατακλύζορτι, καὶ λίθοις χαλάζης· καὶ πῦρ καὶ θεῖον βρέξω ἐπ' αὐτὸν καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰς ἔθνη πολλὰ μετ' αὐτοῦ. Καὶ μεγαλυνοῦσμαι, καὶ συνδοξασθήσομαι, καὶ γνωσθήσομαι ἐναντίον πολλῶν ἐθνῶν· καὶ γνώσορται ὅτι ἐγὼ εἰμι Κύριος. Τοῦτο μὲν ὁ Πρόκλος ἦν, καίριος ἐπὶ πάσι καὶ εὐστοχος, πραότητι δὲ καὶ ἐπιεικεῖ μάλιστα διαφέρων.*

in omnibus, mansuetudine autem et humanitate quam maxime excellens. Vulgo Ruiss dicantur. Nec in Genesi, nec in alio Scripturæ loco, ac ne in Josepho quidem, qui omnia Hebraicarum gentium in primo *Antiquitatum* libro exponit nomina, hæc gens inveniri potuit. (Hieron. sup. *Ezech.* xxxviii.)

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Α

525 CAPUT XXXIX.

Περὶ μεταθέσεων ἀπὸ θρόνου εἰς θρόνον, ὅτι ἔθος τοῦτο ἀνωθεν ἐκκλησιαστικόν, καὶ οὐδὲν τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐταξίᾳ λυμνίσταται τοῦτο, μόνον καλῶς καὶ ὡς χρὴ γινόμενον.

De translationibus episcoporum ex sede in sedem aliam, et quod consuetudo ea antiquitus in ecclesiis obtinuerit. Quodque talis translatio bene instituto ecclesiastico ordini nihil afferat detrimenti, ut modo ea rite et ordine fiat.

Ἐπειδὴ δὲ τινες φθόνῳ φερόμενοι ἐν αἰτίαις ποιῶνται τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, μῶμον ὡσαυτεῖ τῷ θεῷ τούτῳ ἀνδρὶ προστιθέμενοι· ὅτι περὶ Κυζίκου ἐπίσκοπος χεῖροτονηθεὶς, εἰς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως μετετέθη θρόνον, δίκαιον ἤγημαι βραχὲ ἅττα καὶ περὶ μεταθέσεων ἐν ταῦθα διαλαβεῖν, ἵν' ἐξω μὲν αἰτίας καὶ Πρόκλος γένοιτο, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ εἴη τοῦτο Θεοῦ ἱκανὸν παράδειγμα εἰς ἀσφάλειαν, ὡς ἂν μὴ βλάβον εἴη βουλομένῳ παντί τοις ἑλλόγως αὐτῇ πεπραγμένοις μέμψιν ὡς ἔτυχε περιάπτειν. Καὶ γὰρ ἐμοὶ δοκοῦσιν οἱ τότε λέγειν ἐπιχειρήσαντες, ἢ φθόνῳ φέρεσθαι, ἢ ἀγνοεῖν τὸν τε νοῦν τῶν κανόνων, καὶ τὰ διαφόρους ἐπὶ τῷ εἰκονομαίᾳ καὶ χρειωδῶς ταῖς ἐκκλησίαις γενόμενα. Οἷ τε γὰρ θεοὶ κανόνες, καὶ οἱ πάλαι τῆς Ἐκκλησίας προστάται, ἀδιάφορον εἶχον, ὁσάκις ἂν εὐλόγως χρεῖα καλοῖη, τὸ ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεταγάιν ἐπίσκοπον· καὶ ταῦτα εἰ περὶ εὐσεβείας ἦν ἡ μετάθεσις, ἢ περὶ εἰρήνης ἰσως καὶ ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως. Ἦν γὰρ μετὰ θάσιν ὁ κανὼν εἴργει, οὐ τὴν μετὰ θάσιν. Ἡ μὲν γὰρ τὸ ἀβουλήτων πάντως ἐμφαίνει καὶ ἀπροαίρετον· ἐπὶ γὰρ τῶν ὡσανεὶ ἀψύχων ἢ λέξις προάγεται· ἡ δὲ γε μετὰ θάσιν ἐπὶ τῶν ἐμψύχων καὶ ὡσανεὶ ἐπιπηδώντων τοῖς θρόνοις δι' Ἐπαρσίν ἰσως καὶ σύγχυσιν· ἦν μάλᾳ καὶ ὁ κανὼν εὐλόγως ἐπέχει, ὡς μικρόν ὑστερον πλατύτερον διαλήφομαι· τὴν δ' εὐλόγων μετὰ θάσιν οὐδὲ μωμῶς· καὶ γὰρ πρῶτος ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος Πέτρος τῆς Ῥωμαίων καθιγήσατο πόλεως· εἶτα καὶ ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου πάλιν πρῶτος κλήρω μετέβαινεν· ἐν αἷς Λίνον καὶ Μάρκον χεῖροτονήσας, ἐφ' ἑτέρας πόλεις ἀνέτρεχεν. Εὐσεβίος δ' ὁ Παμφίλου ἐν τῇ ἕκτη τῶν Ἐκκλησιαστικῶν συγγραμῶν Ἀλέξανδρον τινα ἱστορεῖ ἐπίσκοπον μιᾶς τῶν περὶ Καππαδοκίαν ἐκκλησιῶν ὄντα ἀφίχθαι μὲν εἰς Ἱεροσόλυμα κατὰ θέαν καὶ εὐχὴν τόπων τῶν Ἱερῶν, ὑπὸ δὲ τῶν ἐκεῖσε Ἱεροσολυμιτῶν κατασχεθέντα, τῷ θρόνῳ τοῦ Ἱεροῦ Ναρκίσσου εἶπε περιόντος ἐνθρονισθῆναι, καὶ διὰ βίον τῆς Ἱεροσολύμων ἐκκλησίας προστεῖναι· περὶ οὗ καὶ ἡμεῖς μνεῖν ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν πεποιήμεθα κεφαλῆν δεκάτῃ. Ὅτι δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ χρεῖας ἀναγκαίας κλοῦσης εἰς ἑτέρας μετεχώρησαν ἐκκλησίας, εὐδῆλον. Ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ μὴ πάντας, ἀλλ' οὖν τινὰς τῇ συγγραμῇ παραθήσομαι. Ὁ μέγας Εὐστάθιος ἀπὸ Βεβρόιας, εἴη δ' ἂν αὕτη τὸ Χάλεπ, εἰς Ἀντιόχειαν μετετέθη, τοῦ πρώτου ἐν βασιλεῦσι Χριστιανῶν Κωνσταντίνου τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἰθύνοντος. Ἐπὶ δ' αὐτοῦ καὶ Μάξιμος ἀπὸ Διοσπόλεως εἰς Ἱεροσόλυμα μετετέθη, τὸν πολὺν καὶ μέγαν διαδεδεγμένον Μακάριον. Ἀλλὰ καὶ Εὐδόξιος ὁ κακδόξος ἐκ Γερμανικίας πρῶτον εἰς Ἀντιόχειαν, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Κωνσταντινούπολιν μετατίθεται. Ὁ δὲ θεῖος Μελέτιος πρότερον Σεβαστείας τῆς κατὰ

Quandoquidem autem nonnulli invidia ducti, divinum virum reprehendunt, ecclesiasticum canonem prætendentes, quod Cyzici episcopus ordinatus, in Constantinopolitanæ urbis thronum translatus sit: æquum esse duxi, pauca quædam de translationibus ejusmodi hic perstringere, ut simul et Proclus crimine absolvatur, et Ecclesia classicum hoc ad certitudinem divinitus proditum habeat exemplum, ne cuivis facere id volenti proclive sit, res Ecclesiæ rite atque ordine actas, temere per reprehensionem carpere. Nam qui tum rem hanc taxare conati sunt, vel invidia ferri, vel ignorare mihi visi sunt, canonem sensum et mentem, atque ea quæ varie in ecclesiis per dispensationem et utilitatem servata sunt et gesta. Divini siquidem canones, et veteres Ecclesiæ antistites liberum esse voluerunt, quotiescunque legitima suaderet utilitas, ex urbe una in aliam episcopum transferre: videlicet si sincerior pietas, vel ecclesiasticæ forte tranquillitatis constitutio translationem flagitaret. Transitionem namque prohibet, non translationem. Hæc enim, id quod præter voluntatem et præter institutum sit, omnino significat, et vox ea veluti in inanimatis usurpatur: illa vero, de animalis, et quodammodo de eis dicitur qui per arrogantiam forte miscendarum rerum gratia, in thronos insiliunt. Eam vero recte canon, sicuti paulo post fusius exponam, inhihet: legitimam autem translationem nequaquam. Nam primus apostolorum ille princeps Petrus, Romanæ urbis gubernavit Ecclesiam: deinde primus etiam Alexandriam sorte transiit. In quibus ecclesiis ubi Linum et Marcum episcopos creavit, alias rursus urbes adiit. Eusebius autem Pamphili in sexto Ecclesiasticarum Historiarum libro, Alexandrum quemdam ecclesiæ in Cappadocia ejusdem episcopum, Hierosolyma sacrorum locorum spectandorum et precationis ibi faciendæ gratia profectum, atque a Hierosolymitanis retentum, in throno sacri Narcissi adhuc superstitis collocatum esse, et per vitam omnem Hierosolymitanæ Ecclesiæ præfuisse, memoriæ mandavit: **526** cujus et nos in quinto operis hujus libro, capite decimo mentionem fecimus. Quod vero et multi alii, necessaria utilitate vocante, in alias transierint ecclesias, satis patet. Ego vero, etsi non omnes, aliquos tamen in historia hac recensebo. Magnus ille Eustathius a Berrhæa (quæ est ipsa Chaleb) in Antiochiam translatus est, Constantino primo Christiano imperatore imperium Romanum administrante: sub quo et Maximus ex Diospoli Hierosolyma transiit, magno Macario succedens. Sed et Eudoxius ille, pravæ prorsus contra nomen suum opinionis, ex Germa-

nicia primum Antiochiam, et inde postea Constantinopolim est translatus. Divus Meletius primum Sebastiae episcopus est renuntiatus, deinde autem cum magna gloria Antiochiam ad Orontem est vocatus. Item divus Gregorius Sasimorum primum Cappadocum urbis, deinde Nazianzi, patriæ suæ, episcopatum sortitus : postea a secunda synodo et Meletio Antiocheno, pro eo atque decuit, in præclaram Constantinopolis sedem translatus est. Patris in Achaia Perigenes episcopus designatus est : quem ubi civitatis ejus incolæ non receperunt, Romanus episcopus in thronum metropolitane urbis Corinthi, ubi sacrorum antistes nuper admodum vita defunctus fuerat, induci jussit : atque ille ita translatus, pacifice ibi per vitam omnem ecclesiam rexit. Dositheum Seleuciæ episcopum, Alexander Antiochenus Tarsum Ciliciæ transtulit. Alius autem nomine Reverentius Arcis Phœniciæ episcopus lectus, Tyrum inde transiens, episcopali ibi munere est functus. Ex Gordo, quæ in Lycia est (1), in Proconnesum Joannes transmissus, magnifice episcopatum ibi gessit. Et Palladius ab Helenopoli Bithyniæ Aspunam transiit. Et alius ex ejusdem urbis ecclesia episcopus Alexander, Adrianos traductus est. Ex Apamea Asiæ Philippus Eudoxiopolim missus est, cui vetus nomen Salambria fuit. Polycarpus ex Antapristena Mysiæ urbe, Nicopolim Thraciæ : 527 Hierophilus ex Trapezunte urbe Phrygiæ, Plotinopolim Thraciæ venit. Optimus ex Agdamea Phrygum, Antiochiam Psidiæ. Troadem ex Philippopoli Thraciæ Sylvanus transiit, de quo admirandum quiddam memorabo. Is cum artem oratoriam primum apud sophistam Troilum didicisset, studium postea omne ad Christianismum transtulit, asceticamque consectans vitam, pallium gestare recusavit. Hunc abreptum Atticus episcopus, Philippopolis episcopum declaravit : in qua urbe postquam triennium exegit, loci ejus hibernum rigorem non ferens (exiguum enim et imbecille ei prorsus corpus erat), Atticum ut alium in locum suum episcopum substitueret, rogavit, non aliam quam frigoris causam petitioni suæ prætendens. Porro episcopo alio ei subrogato, Sylvanus Constantinopoli degens, cura summâ monasticam coluit vitam, humilitatis et paupertatis tam studiosus, ut in urbe frequentissima obambulans, sparteis sit sandaliis usus. Eo tempore non multo exacto, Troadis episcopus mortuus est. Quapropter Troes Constantinopoli affuere, episcopum petentes. Cum autem Atticus, quemnam illis antistitem designaret, deliberaret, Sylvanus visendi ejus gratia ad eum venit. Quem ubi conspexit, statim ei Trojæ episcopatum mandavit. Atque ad eum conversus : Deinceps, inquit, omnis tibi ecclesiasticæ functionis defugiendæ præcisa est occasio. Multus enim Troade calor est, opportunusque et commodus tibi a Deo paratus

